8.53.C.16

VITT. EMANUELE

NAZIONALE
VITT. EMANUELE
ROMA
8
53 C
16

Digitized by Google

Digitized by Google

BREVES

CONSIDERATIONES

IN

DOCTRINAM

MICHAELIS

DE MOLINOS

ET ALIORUM

QUIETISTARUM,

CUM

BULLA

SUMMI PONTIFICIS,

ET DECRETO

CONTRA EOSDEM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

COLONIÆ,

Apud Nicolaum Schouten. 1688.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO.

QUod Apoſtolus prædixit, futuros eſſe noviſſimis diebus homines *habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes*, 2. Tim. 3. id nuper in Michaele de Molinos impletum vidimus omnes atque exhorruimus. Hiſpaniam, quæ ei patria fuit, ſibi à perverſæ ſuæ doctrinæ æmulis metuens, relinquere compulſus, Romam adiit, Deo ita jubente, ut Dogmatum ejus, in hoc veluti orbis Catholici Theatro, retegenda aliquando falſitas ac pernicies, ad omnium notitiam facilius majoriq́ue cum authoritate deveniret. Cum in Urbem appulit, ut erat ingenii ad fallendum parati, plurimis etiam ſpectatiſſimis viris qui alios ex

ſemet-ipſis metiri ſolent, fucum fecit. Dolus illi erat ſimulata pietas, quam facilè Doctor ac Sacerdos mentitus, magnatum gratiam aucupatus eſt. Tanto igitur patrocinio, tamque iniquè ſibi comparato, ſub veſtimentis ovium latuit donec *à fructibus ejus* cognitus, ad carceres poſtulatus eſt. Tum enim ejus doctrina in diſceptationem ac ſuſpicionem adduci, liberque ejus hoc titulo inſignitus, *La Guida ſpirituale &c.* naſutè diſtringi ab iis ~~etiam qui nec~~ libro illo nec authore anteà movebantur. Hos inter quidam apprimè eruditus doctrina tam enormi perculſus, *Breves* haſce *Conſiderationes* exaravit, ſui potiùs quàm publici juris futuras.

Interim ſeverè inquiritur in Michaelis mores ac doctrinam; expenduntur ejus ſcripta & epiſtolæ ad familiares ac diſcipulos; propoſitiones quædam à reliquis ſecernuntur, inſtitutoque

de

de his examine diligentiori, omnibus ritè diſcuſſis, ejuſmodi eſſe inventæ ſunt quæ non à Theologo aliquo, ſed à Cenſore opprimendæ forent. Ea de cauſa
,, ſanctiſſimus Dominus noſter *Decret.*
,, Innocentius Papa XI. cui cordi *28. Aug. 1687.*
,, eſt ut fidelium animæ ſibi ex
,, alto commiſſæ, purgatis pra-
,, varum opinionum erroribus, ad
,, optatum ſalutis portum tutò
,, pervenire poſsint, pro re tam
,, gravi, auditis pluries coram ſe
,, Eminentiſsimis & Reverendiſ-
,, ſimis DD. Cardinalibus in to-
,, ta Republica Chriſtiana Gene-
,, ralibus Inquiſitoribus, ac pluri-
,, bus in S. Theologia Magiſtris,
,, eorumque ſuffragiis, tum vo-
,, ce tum ſcripto ſuſceptis, ma-
,, tureque perpenſis, implorata
,, etiam ſancti Spiritûs aſsiſten-
,, tia, damnavit 68. Propoſitiones
,, ejuſdem Michaelis de Molinos
,, à quo fuerunt pro ſuis recog-
,, nitæ, & de quibus Propoſitio-

„nibus tamquam à ſe dictatis, „ſcriptis, communicatis, & cre„ditis, ipſe convictus, & reſ„pectivè confeſſus eſt; damna„vit, inquam, tanquam hære„ticas, ſuſpectas, erroneas, ſcan„dalofas, blaſphemas, piarum „aurium offenſivas, Chriſtianæ „diſciplinæ relaxativas & ever„ſivas & ſeditioſas reſpectivè.„ Nec id ſolum, ſed ad ſolemnem palinodiam adactus eſt Molinos, gravibuſque pœnis cum vita demum finiendis mulctatus.

Quæ cùm ita ſint, nonnullis ſupervacaneæ videri poterunt, *Breves* hæ *Conſiderationes*, reperienturque forſitan qui mihi eas evulganti ſuccenſebunt veluti cauſam renovanti Pontificis judicio præfocatam. At rem non ita eſſe facilè intelliget quiſquis id quò illæ ſpectant perpendere voluerit. Non enim autori mens fuit actum agere. Providè quidem Pontifex pro ea qua in Eccleſia pol-

pollet authoritate præfatas propoſitiones reſecavit. Ecquod enim remedium opportunius adhiberi poterat, adversùs nefandas ejuſmodi corruptelas, quæ adeò cuilibet Chriſtianæ pietatis ſenſu prædito obviæ ſunt, ut de iis commoneri ſatis ſit, nihil attineat doceri? Non ita res ſe habet cum de principiis agitur ex quibus ſcaturivere perverſa illa dogmata Pontificio Decreto confixa. Etſi enim ita falſa ſint ea quæ conſequuntur, ut illa ex quibus hæc nata ſunt vera eſſe non poſſint, attamen non omnium eſt continuò ex ſeſe falſitatem deprehendere; neceſſe eſt breviter ſaltem diſputare. Nec enim id cuilibet eſt in promptu. Igitur cum iſto argumento verſentur *Breves Conſiderationes*, non ſupervacaneæ, ſed utiles prorſus cuilibet æquo rerum æſtimatori videbuntur.

Ceterùm hæc *Lucubratio* quan-

tumvis brevis, non unum dumtaxat Michaelis de Molinos librum attingit, ſed eos perſtringit etiam libros quos edidere Petrucciùs & Malevallius, de quibus pauca dicenda ſunt.

Nondum ventilabatur cauſa Molinos, ſed ſub iſta pietatis larvâ qua non paucos homines circumvenit, adhuc ſecurus delitefcebat, cum inter purpuratos Patres Petruccius relatus eſt. Neſcio quo infortunio in impoſtoris iſtius libros incautus incidit vir cæteroquin doctus ac pius perverſæque doctrinæ venenum ſub ſpeciebus orthodoxis, ut facilè fit, ſibi propinatum liberiùs hauſit. Diceres eum pretioſam illam margaritam aut theſaurum Evangelicum inveniſſe, adeò totus eſt in libris à ſe conſcriptis, ut explicet atque ad alios tranſmittat quam ſibi è cœlo videbatur accepiſſe orationis methodum.

Ni-

Nihilominùs immenſum inter ſe differunt Petruccius & Molinos. Hic enim præterquam quod Petruccio ad errandum author fuit, prava ſua dogmata quæ tum verbo tum ſcriptis paſſim docuit, in praxim deduxit. At nihil adſimile inauditum, neque de Petruccio, neque de Diœceſi ubi Epiſcopum à pluribus annis egit, etſi ſerpere ſoleat doctrina quæ proclivis eſt ad perniciem. Igitur quid iſtud tam mirum, ſi in tanto cauſæ ac meritorum diſcrimine, ambo diſſimili ratione tractentur. Decret.

Multa ſunt deinde quæ Petruccium ad veritatem revocant atque ad excutiendun pravarum queis imbutus eſt opinionum jugum; Pontificis in ipſum benevolentia ac longanimitas, Perfidi Molinos finis ac præcipitium, vox populi Chriſtiani quæ illum deteſtata eſt; exemplum Illuſtriſſimi Hiſpalenſis Archiepiſcopi

pi

pi Michaelem de Molinos, cui olim addictiſſimus erat, ejurantis per Epiſtolam ad Innocentium XI. huic Opuſculo ſubnexam: & cur non *Breves* iſtæ *Conſiderationes*, ſi ad manus ejus deveniant. Ea enim de quibus in iis diſputatur, quæque Petruccium in errorem induxere, ejuſmodi ſunt, ut cum magnificè primò dici videantur, conſiderata minus probantur.

De Malevallio vix boni quidquam ob inveteratos errores ac diuturnos ſperare liceat. Is Maſſiliæ vivit, homo laicus, ac cæcus. Sed utrum corpore magis quàm mente? Ut ut ſit nemini certè opportuniùs accomodari queat illud Chriſti Domini, Si cæcus cæco ducatum præbeat. Aiunt enim qui de ipſo ſcribunt populares ejus, arctam ei cum Molinos fuiſſe amicitiam ex errorum affinitate partam, atque id ferè operis ab eo exerceri Maſſiliæ & circumcirca, quod à Michaële

chaële in Urbe exerceri antequam in vinculis eſſet, inaudivimus. Ne tamen Maſſilienſem fanaticum, Hiſpani diſcipulum eſſe dixeris. Si ab hominibus, peſtiferæ ſuæ doctrinæ aliquid accepit, veriſimilius eſt id à Mareſio Sanſorlino derivatum eſſe. Cum enim totus Victimis ſuis conſcribendis occuparetur vir ille inter fanaticos nulli inferior, aiunt in partem ſollicitudinis iſtius vocatum Malevallium, huncque re iſta ſibi nomen feciſſe. Meliùs ſanè Bernardo uterque obtemperaſſet, cum ait: Docere nec indocto eſt in promptu, nec laico in auſu, nec pœnitenti in affectu.

Ex his conſequens efficitur perverſa Molinos dogmata non in unius Molinos cerebro nata eſſe. Ecquid enim fuere Beguardi in Germania, Illuminati in Hiſpania, quos omnes confixit Innocentius X.? Quid generis ejuſdem

ho-

homines è Germania fortè in Venetorum terras delapſi atque etiamnunc latitantes? Quid Mareſii Victimæ? Quid Fanatici Cadomenſes? Quid Maria *des Vallées* apud Ebroicenſes vel Buona Armella apud Aremoricos? Quid denique Guillorei, Bernierii & alii; niſi totidem ſurculi eò magis aut minus doctrinæ totius pravitate infecti, quo propinquiùs ad truncum accedunt, aut ab eo longiùs recedunt.

Etſi verò adverſus ejuſmodi corruptelas Eccleſia Catholica ſatis ſit inſtructa, armata, parata per ſeſe, non deſi ere tamen viri doctiſſimi qui eas gliſcentes ſubinde ac erumpere conantes, identidem compreſſerunt. Vide, Lector, ſi lubet, quam aptè ac doctè, imò & lepidè præfatum cum ſuis Victimis Mareſium verſaverit Author quiſquis eſt Epiſtolarum Gallicè conſcriptarum atque inſcriptarum *Lettres Viſionnaires*.

Adeò firmæ ac validæ atque confutandis noviſſimorum fanaticorum ineptiis idoneæ viſæ ſunt nuper in Urbe hæ Epiſtolæ, ut nihil valentius Michaëli de Molinos objicere poſſe exiſtimaverit quidam è Dominicanorum familiâ. Quapropter in idioma Italicum, pro Italis ſollicitus, eas vertit. Utinam alium quoque *De Oratione* Tractatum inſignem Gallicè ſimiliter conſcriptum, Italicè reddat. Tanta enim arte elucubratus eſt, ut cum veritatem circa ea quæ ad orationem ſpectant ſtabilit ac tuetur, omnes de eodem argumento errores tacitis authorum, ad declinandam invidiam, nominibus, reſecet ac redarguat. Quamobrem nihil utilius manibus teri præſertim hâc tempeſtate poteſt.

At quæ tandem futura ſit eorum, qui vulgò Quietiſtæ nuncupantur, ſors ac fortuna, definire

re non eſt in promptu. Quantum in re incerta augurari licet aut conjicere brevi in fumum abituri mihi videntur. Si enim homines ſpectes qui pravis iſtis opinionibus etiamnum detinentur, vix ullus eſt ſanæ mentis quem non turpiſſimi ac ineptiſſimi erroris pœniteat aut pudeat. Quod ſi ipſas opiniones expendas, nihil quod alliciat, multa quæ repellant in iis comperies. Conſule de hac re *Breves Conſiderationes*. Verùm ſi de *Quietiſtarum* nomine licet aperire quod ſentio, vereor ne Quietiſtis ab Eccleſia repulſis nomen retineant nonnulli malevoli, eoque abutantur ad eos divexandos quos à ſe viderint diſſidentes. Ita (quod peſſimè ceſſit Eccleſiæ) vidimus Janſeniſtæ nomen, quod velut inane ac phantaſma explodunt cordati omnes, cuivis affingi gratis, eoque prætextu vitæ ac doctrinæ integerrimæ homines, iniquiſsimè

mè vexari. Ne igitur è Quietiſtarum vocabulo novam nocendi rationem ſumant qui ad nocendum ſemper ſunt parati, juvabit multum, ſi nemo damnetur inauditus, ſi leges in Calumniatores latæ reſtituantur, ſi formulæ juris ſerventur exactè, ſi nihil temerè ac ſine conſilio fiat, ſi denique Innocentii XI. adverſus Quietiſtarum dogmata zelum prudentia nixum cæteri ad quos ſpectat ob oculos ponant ac imitentur. Multa ſunt Eccleſiæ pacem ac tranquillitatem interturbantia, quæ ab ea hoc pacto facilè removeri poſſunt, ac præſertim quod illi à Michaelis de Molinos ac diſcipulorum ejus placitis impendet malum, cui non eſſe indormiendum oſtendunt quæ ſequuntur *Breves Conſiderationes.*

APPROBATIO.

QUamquam *flagitioſiſſimæ* Quietiſtarum *tam in doctrina quam in moribus prolapſiones ſatis ſuperque demonſtrent, genus iſtud* Contemplationis *ipſorum* acquiſitæ *non alium habere authorem quam Spiritum tenebrarum; maximum tamen operæ pretium erit*, Breves *haſce* Conſiderationes *publico animarum bono conſecrare: ut commentitia iſta Contemplatio non minus in principiis ſuis convellatur, fundituſque deſtruatur, quàm ab eventu, iiſque quæ ex ea conſectaria ſunt, abominanda evincitur. Imo ejuſmodi* Conſiderationes, *& in genere orationis, maximè mentalis, inſtructiones, pene neceſſarias dixero, ne fidelibus, dum multi orationis Spiritui tantum non emortuo, hodie dum reſuſcitando ſat felicem operam navant, illuſoria quæpiam & pernicioſa orationis ſpecies arte dæmonis obtrudatur, aut ſaltem ſimili orationis fuco ab orandi ſtudio abſtrahantur. Lovanii hac 5. Aprilis.* 1688.

B. Pasmans, S. Th. Doctor & Lib. Cenſ.

Idem cenſemus.

G. Huygens, S. Th. Doctor & Profeſſor.

J. L. Hennebel, S. Th. Doct.

BREVES CONSIDERATIONES IN CONTEMPLATIONEM ACQUISITAM QUIETISTARUM.

HÆc contemplatio, prout ab ejus defenſoribus deſcribitur, unicè poſita eſt in puro & ſimplici actu fidei Deum intuentis modo, ut ipſi aiunt, negativo, ſine ulla de ejus perfectionibus ſeu attributis cogitatione ac ſine ullo mentis diſcurſu: & in puriſſimo amoris actu, quo voluntas in Deum tamquam ſumme amabilem, & prout in ſe eſt, fertur, nullo ad ſuum ipſius bonum reſpectu, neque ulla ratione habita aut beneficiorum ab

Quid ſit contemplatio acquiſita. Ejus deſcriprio.

Molinos Guida ſpirit. Procm. n. 11. Malavalle Pratica della contemplat. Dialogo 1. pag. 44. dell. edit. Rom. 1673. M. Petrucci 3. Parte dell' Unione. Il medeno nel

Nulla della Creatura &c. c. 17. §. 5. Nelle Enigmi diſvelati p. 23. Malav. Dial. 2. p. 252. 249. 457. 458.

eo jam acceptorum, aut æternæ, quam promittit, gloriæ. Ex qua intellectûs ac voluntatis operatione, conſequitur animæ quies, qua propiùs ad felicem Beatorum ſtatum accedit: tametſi adhuc per fidem ambulans in tenebris & caligine verſetur, nec ullo, ut plurimum, internæ ſuavitatis ſapore vel guſtu afficiatur.

Il medemo p. 82. 213. Molin. l. 1. c. 13. n. 85. M. Pet. Enig. diſv. p. 57. Il med. 3. Part. della Contemp. acquiſt. p. 39.

Obſervandum autem, id genus orationis ab eis non ut fluxum quid, aut per intervalla repetendum, ſed ut quid ſtabile ac ferè perpetuum commendari. Volunt enim, hanc contemplationem per modum habitus eſſe in iis qui ſemel illam adepti ſunt, itaut quoties libuerit, per horas, vel etiam amplius, ei vacare poſſint. Imo ſi quis in ea profecerit, ab ejus exercitio, etiam dum exterioribus actionibus occupatur, non recedit; quatenus videlicet Deum, tàm in ſemetipſo, quàm in cæteris rebus intimè præſentem intuetur, ejuſque voluntati & beneplacito in cunctis quæ accidunt ſeſe totaliter ſubmittit.

Tantum verò meriti huicce contemplationi tribuunt, ut quemcumque alium intellectûs aut voluntatis actum quo illa interrumperetur, tentationis loco nos habere velint, atque eas omnes cogi-

cogitationes averſari, quibus mens ab illo ſimpliciſſimo Dei intuitu, in quo hujus orationis perfectio ſita eſt, avocanda eſſet.

Præterea docent, ad hanc contemplationem neminem fere pervenire, niſi prius ariditates, tenebras atque acerbiſſimos animi dolores expertus fuerit, & omni ſolatio deſtitutus intus in animo graviſſimarum atque horribilium tentationum æſtus ſuſtinuerit: imo ſæpè etiam contingere, ut qui jam hunc contemplationis gradum aſſecuti ſunt, ejuſmodi ariditates, tenebras ac violentas tentationes inter orandum experiantur; quem tamen ſtatum, quòd contemplationi iſti acquirendæ aut perficiendæ conducat, ut feliciſſimum & omnibus votis exoptandum ſolent prædicare. *Mol. l. 1. c. 6. n. 39. Mol. l. 3. c. 4. n. 28.*

II.

Hanc contemplationem *acquiſitam* appellant, quod eam humana induſtria & viribus liberi arbitrii, cum conſueto gratiæ adjutorio, comparari velint: quatenus videlicet fidem & charitatem ac dona Spiritûs ſancti, quæ in omnibus juſtis per modum habitus reperiuntur, ad actum deducimus & inter orandum exercemus, quod cuilibet fideli in gratia conſtituto prom- Cur Acquiſita appelletur? *M. Pet. 3. Part. della Cont. p. 39. 59[illegible]71. 72. M[illegible] Proem. n. 20. 23.*

promptum arbitrantur. Unde conſequens eſt, ut paſſim quamplurimi etiam ex vulgo fidelium, modo in pietate aliquantulum profecerint & convenienter ad id ſe præparaverint, ad eam contemplationem, tamquam ad vitæ chriſtianæ perfectionem, contendere poſſint, atque ad illam à Confeſſariis & Directoribus excitari debeant.

M. Pet. 3. Part. p. 185. 271. Malav. Dial. 2. p. 364.

Deinde hanc etiam contemplationem *acquiſitam* vocant, quo diſtinguatur ab *infuſa* ſeu ſupernaturali, qua mens, præoccupatis à Deo ac veluti conſopitis naturalibus facultatibus, æternam & incommutabilem veritatem, miro quodam atque ineffabili modo contemplatur. Etſi enim has duas contemplationes, quantum ad actus ſubſtantiam, vix inter ſe differre exiſtiment, fatentur tamen hanc poſteriorem, quæ infuſa dicitur, eſſe ſingularem atque admodum raram; deinde plerumque parum durare, nec pro libito haberi, ſed à ſolo Deo extraordinariè paucis tantum haud vulgatæ ſanctitatis hominibus concedi: quam etiam ſæpè ſequantur raptus, extaſes, aliíque extarordinarii divinæ gratiæ effectus. Unde cùm humanum captum longè excedat, plerumque temerarius ſit & ſuperbiæ ſuſpectus, qui ad eam aſpirare

pirare velit: nec de ea regulæ aut precepta dantur, utpote quæ tota ad Dei beneplacitum & extraordinariam ejus poteſtatem referatur.

III.

Syſtema hujuſce contemplationis.

Libri Dñi. Pet. hic citati omnes italicè ſcripti ſunt.

Ut autem ante dicta ſummatim repetam & adhuc clarius explicem, hujus orationis ſyſtema totidem fere verbis ex libris unius ex præcipuis Quietiſtarum ſcriptoribus excerptum & latine redditum hîc ſubjiciam.

1. In hac oratione, anima fidei habitu inſtructa, per ſimplicem apprehenſionem, quæ eſt prima intellectus operatio, (*a*) videt Deum nunc a ſe nullatenus cognoſci (*b*) aut guſtari (*c*) poſſe; at ſumme amabilem, ſibique, ut & cæteris rebus, ob ſuam immenſitatem, (*d*) intime præſentem eſſe. Quapropter ab omni cognitione natura-

(a) *De contemplatione myſtica acquiſita cap. 4. §. 2. n. 10. pag. 120. editionis Æſinæ anno 1681. Ibid. c. 9. §. 3. n. 16. p. 270.*

(b) *De contemplatione myſt. acq. c. 4. §. 1. n. 2. p. 102. Ib. c. 8. §. 1. n. 6. p. 206. Introductio ſpiritualis p. 24. editionis Maceratenſis an. 1673. Litteræ & Tractatus ſpirituales tom. 1. p. 447. n. 8. editionis Venetianæ an. 1685. Ib. p. 164. n. 2. Ib. tom 2. p. 154. n. 5. Novendialis Aſſumptæ Virginis die 9. p. 307. editionis Maceratenſis anno 1673.*

(c) *De cont. myſt. acq. c. 3. §. 1. n. 9. p. 92. Ib. c. 4. §. 1. n. 2. p. 104. Ib. c. 13. §. 1. n. 19. p. 554. Enigmata explicata Tetraſtico 2. verſu 1. n. 11. 12. p. 44. 45. 46. editionis Genuenſis. Litteræ & Tract. ſpir. tom. 2. p. 551. n. 2.*

(d) *De cont. myſt. acq. c. 7. §. 1. n. 1. p. 175. 176. Ib. c. 8. §. 1. n. 6. pag. 208. Introduct. ſpirit. p. 22. 23. Nihilum Creaturæ & Totum Dei Part. 2. p. 170. n. 9. editionis Venetianæ anno 1683. Ib. p. 391. n. 11. Ib. p. 404. n. 12. Novendialis Aſſ. Virg. die 9. p. 307. 308. Litteræ breves, ſpirituales & ſacræ tom. 2. lib. 2. lit. 2. pag. 110. editionis Æſinæ anni 1684.*

li vel ſpirituali, a quacumque intelligentia, cogitatione, ratiocinatione, ſimilitudine; uno verbo, ab omni operatione, ut vocant, poſitiva & limitata imaginationis, intellectus aut rationis (*e*) conquieſcens, ſoli voluntati liberum relinquit campum, ut Deum ſic generatim & indiſtincte per fidem apprehenſum, non vero cognitum, amet, amore videlicet puro quem *amicitiæ* appellant, hoc eſt non aliam ob rationem quam quod Deus eſt, ſine ulla propriæ utilitatis conſideratione, ſine ullo guſtus aut præmii deſiderio, nulloque reſpectu habito ad beneficia jam a Deo accepta vel impoſterum accipienda, neque etiam ad æternam beatitudinem quam in cœlo (*f*) pollicetur.

2. In hunc modum facultatibus animæ intra ſe uniformiter & immobiliter collectis, juxta perfectiſſimum motum quem Sanctus Dionyſius *orbicularem* appellat, (*g*) mens actu Deum contemplatur, modo, ut vocant, negativo quemlibet poſitivum animi motum tranſcendente; (*h*) idque ſimplici, fixo

(e) *De cont. myſt. acq. c. 2. §. 1. n. 3. p. 39 40. & §. 2. n. p. 42. Lit. & Tract. ſpir. tom. 1. p. 320 321. n. 1. 2. 4. 5. Novendialis Aſſ. V. die 7. p. 246. 247.*

(f) *De cont. myſt. acq. c. 2. §. 2. n. 5. p. 43. 44. Lite. & Tract. Spi. tom. 1. p 349 n. 10. Nihilum Creat. 1. Part. c. 1. §. 2 n. 3. Ib. Part. 2. c. 12. §. 1. n. 1. 2. 3. Ib. §. 2. n. 5. Lit. brev. ſpirit. & ſac. tom. 1. lib. 2. lit. 25. p. 131. Ibid. tom. 2. l. 3. lit. 33. Articuli perfectionis ad calcem Novendialis Aſſ. V. Art. 6. p. 410. edit. Maceratenſis. Liter. brev. ſpirit. & ſac. tom. 2. lib. 3. lit. 12. p. 268. 269.*

(g) *De contemplatione myſt. acq. c. 1. §. 1. n. 7. p. 18. Ibid. §. 2. n. 10. p. 26. Ib. n. 11. pag. 28. 29. Ib. c. 2. §. 2. n. 1. pag. 35.*

(h) *De cont. myſt. acq. c. 2. §. 2 n. 4. pag. 42. Ib. c. 4. §. 2. num, 8, p. 115. ib. c. 5. §. 1. n. 4. p. 138. Enigm. explic. Tetraſt. 2. verſu 1. n. 12. p. 46. edit. Genuenſis. Ib. p. 218. 219. Lit. & Tract. ſpir. tom. 1. p. 375. n. 4. Novend. Aſſ. Virg. p. 246. de cont. myſt. acq. c. 9. §. 1, n. 7. p. 112. Ibid. §. 3. n. 19. p. 121, Ibid. §. 3. n. 16. p. 122.*

ac ſtabili contuitu ex fide habituali in actum per ſolam gratiam ordinariam (*i*) redacta; nihil interim expreſſe aut præfinitum in modum de Chriſto ejuſque myſteriis, de aliis fidei Catholicæ capitibus, aut de virtutibus moralibus (*k*) cogitando; ſed ſoli contemplationi & amori Divinitatis vacando, itaut tamen intellectus non cognoſcat aut advertat affectus ſeu dilectionis actus quos in intimo cordis receſſu voluntas elicit; quæ cum ſit facultas ſpiritualis, fieri non poteſt ut ejus actiones percipiantur, ſaltem clare & diſtincte. (*l*)

3. Oportet autem ut anima in hac fidei obſcuritate duret, etiam intra frequentes ariditates & ſolatii deſtitutiones, quibus purgationis cauſa eam probari continget, & in vehementiſſimis tentationibus, quibus Diabolus inferiores ejus potentias perturbabit, ſenſitivumque appetitum tam violenter commovebit, ut nonnumquam in verba iracunda aut impia, vel etiam in actiones pravas & inhoneſtas prorumpere quodammodo cogat. (*m*) Quas animi perturbationes &

(i) *De contemp. acquiſ. c. 2. §. 1. n. 3. p. 39. Ib. §. 5. n. 16. p. 71. 72. Ibid. c. 9. § 3. n. 16. p. 271. Ibid. §. 5. n. 24. p. 290. Ibid. c. 14. §. 1. n. 8. pag. 595. Ibid. §. 1. n. 9. p. 596. Enig. explic. tetraſt. 2. v. 3. §. 17. p. 87. Introd. ſpir. p. 61.*

(k) *De contemp. myſt. acq. c. 3. §. 1. n. 9. p. 91. Ibid. c. 9. §. 7. n. 36. p. 315. Ibid. c. 12. §. 6. n. 32. p. 489. Enig. explic. p. 159. 160. lit. & tr. ſpir. tom. 1. p. 456 Ibid. p. 317. n. 6. Nihilum Creat. Part. 2. c. 17. §. 2. n. 2. 3. 4 p. 394. & ſeq. Lit. brev. ſp. & ſac. tom. 2. lib. 3. lit. 12. p. 268.*

(l) *Lit. & tract. ſpir. tom. 2. p. 94. n. 9. Ib. p. 334. n. 1. Ib. tom. 2. p. 256. n. 5. Ib. p. 281. n. 8. Articuli perfectionis art. 7. §. 3. p. 531. Lit. brev. &c. tom. 1. lib. 1. lit. 25. p. 34.*

(m) *Lit. & tr. ſpir. tom. 1. p. 482. 483. n. 2. 3. & ſeq. Ib. p. 336. 337. Ib. tom. 2. p. 247. 248. & ſeq. Vide totum Opuſculum, præſertim p. 252. n. 3. p. 283. n. 2. 3. p. 317. n. 7. p. 335. n. 5. p. 336. n. 5.*

tentationes ita tolerare debet, ut à ſimpliciſſimo illo Dei per Fidem apprehenſi, non autem cogniti aut guſtati, intuitu & amore nunquam recedat; cùm hoc pacto, in intimo cordis receſſu, Theologales virtutes, hoc eſt omnium præſtantiſſimas, ſinę multiplici tamen variorum actuum iteratione, (*n*) exerceat.

4. Quæ quidem oratio toties adhiberi, quoties libuerit, (*o*) & per integras horas durare poterit. Imo ſi quis longo uſu perfectum ejus habitum adeptus ſit, perpetua quodammodo evadet, adeo ut ne quidem exterioribus actionibus aut occupationibus interrumpatur. (*p*) Atque eo modo animæ ad eum ſtatum perveniunt, in quo nullum amplius peccatum, nequidem veniale, ſaltem ſcienter & cum obſervatione, admittant. (*q*)

5. Varia autem hæc oratio nomina apud myſticos Tractatores ſortita eſt. Appellatur enim *Contemplatio acquiſita*, *Oratio quietis*, *Oratio puræ fidei*, vel *recollectionis*, aut etiam apud aliquos *Contemplatio naturalis*; non quod eam ſolis naturæ viribus haberi velint, ſed quod liberi arbitrii, cujus in cunctis ſuis actibus ſumma libertas eſt, (*r*) vi & induſtria

(n) *De cont. myſt. acq. c.* 3. §. 1. *n.* 5. *p.* 82. 83. *Lit. & Tract. ſp. tom.* 2. *p.* 93. *n.* 3. *Ibid.* 122. *n* 5. *ibid. p.* 253. *n.* 7. *Ibid. p.* 472. *n.* 1.

(o) *de cont. myſt ac. c.* 10. §. 2. *n.* 9. *p.* 342. *Nihilum cr. part.* 2. *c.* 2. §. 4. *p.* 186. *Ib. c.* 6. §. 2. *p.* 214. *Ib. c.* 7. §. 1. *p.* 221. *Intr. ſpir. p.* 27. *Ib. p.* 31. 32.

(p) *Lit. brev. &c. t.* 2. *lib.* 3. *lit.* 9. *p.* 255.

(q) *Lit. & tract. ſpirit. tom.* 1. *p.* 337 *n.* 7. *Ib. tom.* 2. *pag.* 533. 534. *de cont. myſt. acquiſ. c.* 3. §. 1. *n.* 5. *p.* 83. *Ænigm. explic. p.* 429. *Lit. brev. tom.* 2. *lib.* 3. *lit.* 27. *p.* 320.

(r) *Lit. brev. &c. t.* 1. *lib.* 1. *lit.* 38. *p.* 61. *Ib. lib.* 3. *lit.* 23. *p.* 248. *Ibid.*

duſtria acquiri & exerceri poſſit, adjuncto tamen auxilio gratiæ ordinariæ donorumque Spiritus Sancti, quæ in cunctis juſtificatis reperiuntur. (*s*)

tom. 2. lib. 2. lit. 38. p. 216. De cont. myſt. acq c. 2. §. 5. n. 16. p. 71. 72.

(s) *Introd. ſpirit. p. 62. De cont. myſt. acq. c. 1. §. 1. n. 1. p. 9. Ibid. c. 2. §. 4. n. 14. p. 63.*

I V.

His ita præmiſſis, quid de hac contemplatione ſentiendum ſit, videndum eſt. Eam ejus defenſores, cum autoritate, tum ratione probare conantur.

Fundamenta contemplationis acquiſitæ expenduntur; petita.

Quod ad autoritatem attinet, fruſtrà ab iis Scripturæ Sacræ aut ſanctorum Patrum ſententias vel textus expectes. Nonnullos tantum ſancti Dionyſii locos, præſertimque paragraphum octavum capitis quarti libri de Divinis Nominibus, variaſque tum antiquorum tum recentium myſticorum autoritates proferunt.

1. Ab autoritate.

Locus ſancti Dionyſii ex cap. 4. de Divinis Nominibus, ubi tres motus in oratione, directum, obliquum & orbicularem deſcribit, perobſcurus eſt perdifficileſque explicatus habet, &, ut multum, afferri poteſt ad probandam contemplationem infuſam, non acquiſitam, maximè qualis à *Quietiſtis* proponitur & ſupra à nobis deſcripta eſt.

Idem quoque dicendum de pleriſque My-

Myſticorum autoritatibus; cùm ipſimet qui eas proferunt, fateantur in eis fere agi de ſola contemplatione infuſa. Verum quæ contemplationi infuſæ à Myſticis tribuuntur, ea Quietiſtæ etiam ſuæ contemplationi acquiſitæ tribuenda contendunt; quod tamen ſibi gratuito ſumunt, nec ullis ſolidis rationibus probant.

Deinde quamvis nonnulli etiam ex antiquioribus Myſticis aliquam videantur admittere contemplationem, ad quam ſe homo præparare & quaſi per diverſos gradus aſcendere queat, & quæ ſemel acquiſita inſtar habitus perſeveret, illam tamen ita deſcribunt, ut ad infuſam & ſupernaturalem accedere videatur, & alia omnino ab ea quam Quietiſtæ proponunt, habenda ſit, ut videre eſt apud Hugonem à S. Victore, Richardum item à S. Victore, S. Bonaventuram, Joannem Gerſonem & alios.

2. A ratione. Quod ad rationem ſpectat, totum hujus contemplationis ſyſtema falſæ ac ſecum pugnanti quidem hypotheſi ſuperſtruunt. Quas enim tum intellectui tum voluntati partes aſſignant, eas paſſim ab iſtis potentiis abſque omni actu, ſive, ut ipſi loquuntur, paſſivè exerceri volunt; quaſi verò non ad ipſam

ſam aut cogitationis aut amoris eſſentiam pertineat, eſſe intellectus aut voluntatis actum; adeò ut non magis aut cogitare aut velle ſine actu poſſis, quam ſine valle montem fingere.

Deinde idem ſyſtema Philoſophicis quibuſdam rationibus confirmant, quibus mentis humanæ facultates variaque officia ſubtiliter diſtingunt, docentque quâ ratione intellectus, quibuſcumque phantaſmatibus, formis ac ſimilitudinibus corporeis ſpoliatus, ad res divinas in abſtracto percipiendas, & puro ac ſimplici fidei intuitu ſpeculandas elevandus ſit: ut potius Philoſophicum, quàm divinum opus hæc oratio, nec tam ſpiritualis gratiæ effectus, quam humani ingenii inventum eſſe videatur, quod adhuc ex ſequentibus conſiderationibus clarius patebit.

V.

In hac oratione id unum agit mens ſeu intellectus, ut Deum tanquam præſentem & in ipſa anima intime reſidentem ſimplici fidei intuitu contempletur; idque modo negativo, ita ut in eo nullam perfectionem ſeu attributum, ſed ſolum *quia eſt*, attendat. Quæ quidem Dei exiſtentia per fidem apprehenſa, cum ab

Prior hujus contemplationis actus qui ad intellectum pertinet, examinatur.

Mol. l. 1. *c.* 1. *Malav. dial.* 1. *p.* 77. 149.

M. Pet. 3.

ab ejus natura ſeu eſſentia non diſtinguatur, melius per negationes, quàm per affirmationes intelligi dicitur, juxta celebrem ſancti Dionyſii doctrinam lib. de Myſtica Theol. cap. 2. Hanc autem præſentiæ ſeu exiſtentiæ Dei contemplationem Quietiſtæ, tanquam nobiliſſimam mentis operationem & beatificæ viſioni quodammodo æquiparandam, magnificis verbis extollunt.

part. p. 43. 206. nel Nulla c. 15. §. 8. Malav. dial. 1. p. 74. 75. M. Pet. 3. part. p. 596.

Quæ in eam rem ab illis afferuntur, etſi magno verborum apparatu dicantur, nec vera nec ſolida videntur. Enimverò an fides Chriſtiana, quæ totius ædificii ſpiritualis fundamentum eſt, nihil aliud in nobs efficit, niſi ut Deum tamquam ubique præſentem contemplemur; idque non explicita mentis attentione, ſed modo quodam implicito, quem negativum vocant, quo mens quaſi conſopita aut extra ſe poſita, nihil ſe omnino circa Deum cui inhæret, operari ſentiat? An circa Dei immenſitatem unicè occupatur fides ex qua juſtus vivit? Nonne ubi Deus in cordibus juſtorum per fidem habitare dicitur, longè diverſo modo iis adeſſe intelligendus eſt, atque cæteris creaturis & ipſis etiam impiorum ac demonum ſpiritibus adeſt?

Certè Platonici aliique inter veteres Philoſophos qui de Deo rectius ſenſerunt, ſolo rationis lumine eum eſſe immenſum & ubique præſentem agnoverunt. Quis etiam dubitat, eos ſæpè divinum Numen intellectu à quibuſlibet phantaſmatis & imaginibus corporeis libero ſpeculatos eſſe? An idcirco contemplationem acquiſitam ſeu orationem quietis frequentaſſe dicendi ſunt? Attamen ſi rem attentius perpendas, primum illum contemplationis acquiſitæ actum ad ſolam illam metaphyſicam Dei præſentiam, quæ ejus immenſitatem ſequitur & plerisque Philoſophis cognita fuit, terminari perſpicies.

VI.

Plurimis verbis fidei obſcuritatem exaggerant Quietiſtæ. Eam aiunt in denſiſſimis tenebris verſari; Deum in hac vita cognoſci non poſſe: in eo eſſe meritum fidei, ut credas, non verò ut quicquam quod Dei ſit, cognoſças: quo purior ac ſimplicior eſt fides, eo magis mentem in rebus divinis caligare & ſuam cœcitatem agnoſcere, cum Deum, infinitè quidquid de eo intelligi poſſit, excedere, ipſa nos fides doceat.

Quietiſtarum de fidei obſcuritate ſententia rejicitur. *Mol. Proem. num. 7. M. Pet. nelli Enig. diſu. p. 7. 9. 238. 404.*

Hæc præter modum dici, nec vero ſun-

fundamento niti, facile eſt animadvertere. Neque enim ita de fide Scriptura Sacra & SS. Patres loquuntur. Eſt quidem illa obſcura, quod divinâ revelatione nitatur ad credendum ea quæ mentis humanæ captum excedunt, & prima fronte rationi abſurda aut etiam impoſſibilia videntur. At illa obſcuritas non obſtat, quo minus fides oculum mentis illuſtret ac purget, ad intelligenda atque amplectenda ea quæ à Deo revelata ſunt. *Accedite ad eum & illuminamini*, inquit Regius Propheta: *Illuminatos oculos cordis noſtri*, dicit Apoſtolus: *Beati mundo corde; quoniam ipſi Deum videbunt*, ait Chriſtus Dominus: quod de ipſa quoque fidei cognitione interpretantur SS. Patres, quæ etſi per ſpeculum & in ænigmate fiat, beatificæ tamen viſionis quædam præparatio eſt. Unde vulgaris eſt Sanctorum Patrum ſententia, quò magis fides creſcit & perficitur, eo clarius nos ſummam Dei ſapientiam, bonitatem, juſtitiam aliaſque perfectiones quæ ab ejus natura non diſtinguntur, intelligere ac perſpicere, atque ita à gradu fidei ad intelligentiæ gradum aſcendere juxta celebrem S. Auſtini doctrinam, qui ſæpè eam in rem hæc Iſaiæ verba ſecundùm editionem

70.

70. Interpretum citat: *Si non credideritis, non intelligetis*; de quo ſpeciatim videri poteſt lib. 3. de lib. arb. cap. 21. & lib. 15. de Trinit. c. 27.

VII.

Idem ferè cenſendum de altero hujuſce orationis actu, quo aiunt Quietiſtæ, voluntatem in Deum ferri tanquam ſummè amabilem & prout in ſe eſt abſolutè; non verò tanquam ad ultimum finem beatitudinis noſtræ, neque ullo reſpectu habito tum ad beneficia ab eo jam accepta, tum ad æternum, quod nobis pollicetur, præmium; quod hæ conſiderationes, ut ipſi putant, ſummam iſtius dilectionis puritatem ac ſimplicitatem impedirent. Undè ultrà inferunt, totam hanc orationem plerumque ſine ullo guſtu aut ſapore fieri; cùm ſi quid Dei in hac vita guſtemus, non ipſe Deus ſit, qualem ex puro Dei intuitu cognoſcimus, ſed aliquid à Deo diſtinctum.

Poſterior hujus Contemplationis actus, qui eſt voluntatis, diſcutitur. *Malav. dial. 1. p. 116. M. Pet. nel Nulla 2. part. c. 12. Il med. nella 3. Parte della Cont. acq. p. 43.*

Hæc quæ ſublimioris cujuſdam ſpiritualitatis affectatione de dilectione Dei dicuntur, à Scripturarum locutione, ac SS. Patrum doctrina, & ab ipſius Eccleſiæ ſenſu videntur abhorrere. Nam charitas quæ nos Deo conjungit, & in qua, ut ait

S.Thomas 2.2.qu.80. art. 1. ad 1. *contemplatio habet principium & finem*, nequaquam ex ſola præſentiæ Dei conſideratione oritur; quaſi eò purior ac perfectior ſit, quo ex ſimpliciſſimo fidei Deum intimè in anima præſentem intuentis actu excitatur. Imo ſi propius rem attendas, hæc Dei præſentia quæ immenſitatem ejus conſequitur, ſicut & ejus omnipotentia aut æternitas, admirationem quidem in animo parere poteſt, ſed non facile amorem in corde excitare.

Tunc verè ad amandum Deum accendimur, cum eum ut rerum omnium auctorem & gubernatorem ſummumque creaturæ rationalis bonum; maximè verò ut humanæ naturæ per peccatum lapſæ reparatorem & ad æterna nos præmia per Chriſtum revocantem, attendimus: cum ejus ſapientiam, bonitatem, juſtitiam ob oculos ponimus, vel potius cum eum ut ipſam incommutabilem veritatem ac ſubſiſtentem juſtitiam, quam in hac vita eſurimus & ſitimus, & cujus poſſeſſione in cœlo æternùm beandi ſumus, indefeſſo mentis obtutu contemplamur. His conſiderationibus, non vero ſterili & philoſophica præſentiæ Dei contemplatione charitatem in corde

corde orantium accendi atque inflammari docent communiter SS. Patres, præcipuè verò S. Auguſtinus, ut videre eſt in epiſt. 85. & 220. & pluribus aliis locis.

VIII.

Pura eſt charitas quæ Deo frui deſiderat.

Neque verò audiendi ſunt Quietiſtæ, dum ejuſmodi amorem minus purum ac perfectum eſſe clamant, quod nonnullum ad propriam utilitatem reſpectum habere videatur; atque adeò illum *concupiſcentiæ* amorem vocant, non verò *amicitiæ* ſeu *benevolentiæ*, qualem ſibi fingunt eum quo Deus abſolutè prout in ſe eſt diligitur. Quaſi verò à perfectione & puritate dilectionis aberrent, qui ad beatificam Dei viſionem tanquam ad ultimum ſuum bonum aſpirant, aut qui ex conſideratione beneficiorum Dei, maximè autem allatæ per Incarnationem & Paſſionem Chriſti, ſalutis, ſe ad amorem divinum inflammant. Quid enim abſurdius & Chriſtianæ pietati magis adverſum, quàm deſiderium vitææternæ & ardentſſimum animæ ad Dei poſſeſſionem anhelantis ſtudium, tanquam perfectioni charitatis contrarium, aut ſaltem minus conſentaneum, rejicere? Qui ſic ad Deum tendit, non Deum ad ſeipſum, ut illi falsò exiſtimant, ſed ſe-

ipſum ad Deum refert tamquam ad ultimum ſuum finem propter quem creatus eſt, & in cujus poſſeſſione tota creaturæ rationalis juſtitia & ſanctitas, non minus quàm ſummum bonum atque æterna felicitas conſiſtit. Charitas quæ ſic Deum diligit, & ſpes quæ ad illum eo modo adipiſcendum nos erigit, omninò pura, ſimplex & gratuita eſt.

Hanc ipſam charitatem præcipuè commendat primum & maximum illud mandatum: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua*: & alterum præceptum huic ſimile: *Diliges proximum tuum ſicut te-ipſum*, in quibus tota lex pendet & prophetæ, ut ait Chriſtus: ubi præclarè obſervat S. Auguſtinus epiſt. 52. ad Macedon. "quod „cum illa dilectione quam divina lex „imperat, debeat homo diligere Deum, „& ſeipſum & proximum, non tamen „ex hoc tria præcepta data ſunt, nec di„ctum eſt in his tribus, ſed in his duo„bus præceptis tota lex pendet & Pro„phetæ: videlicet ut intelligeretur, nul„lam eſſe aliam dilectionem quâ quiſque „diligit ſe-ipſum, niſi quod diligit Deum. Unde evidenter patet, hunc ſe-ipſum diligendi modum, ex Auguſtino, chari-

tati

tati quam Deus præcipit, nequaquam officere, ſed potius in ea contineri, cùm videlicet in Deum tanquam in ultimum noſtrum finem tendimus. Quapropter & proximos noſtros tunc veraciter, ex eodem divino præcepto, diligimus, cùm eis idem, ac nobis ipſis, bonum, id eſt Deum, optamus, atque eos ad æternam ejus poſſeſſionem adipiſcendam, quâcumque poſſumus ratione, adjuvamus.

Et certè ſi quodcumque deſiderium vitæ æternæ aut regni cœleſtis, puritati dilectionis officit, ut quid Chriſtus Evangelicam prædicationem promiſſione regni cœleſtis inchoavit? Ut quid ad Beatitudines, quibus vitæ Chriſtianæ perfectio continetur, eamdem regni cœlorum promiſſionem adjunxit? Ut quid Paulus jam morti proximus æternam mercedem, quam juſtitiæ coronam appellat, intuetur; & ſæpè fideles ad malorum tolerantiam, æterni præmii commemoratione inflammat? Denique cur Eccleſia in omnibus penè orationibus æternam gloriam filiis ſuis precatur? Cur ejus in ipſo Canone Miſſæ, ſanctiſſima ſcilicet & perfectiſſima prece, non ſemel meminit? Cur Sacerdos communicaturus, aut fidelibus corpus Domini por-

rectrus vitam æternam, tum ſibi, tum aliis poſtulat?

I X.

Quodnam beatitudinis deſiderium contrarium ſit amoris puritati?

Negandum quidem non eſt, quin animus interdum circa divinæ naturæ excellentiam ac beatitudinem ita occupetur, ut de propria, quæ in ejus poſſeſſione conſiſtit, felicitate nihil cogitet. Sed id potius mentis noſtræ egeſtati atque anguſtiis, quam excellentioris cujuſdam dilectionis puritati tribuendum eſt, quod videlicet intellectus ſæpè in re aliqua percipienda non totum quod ipſa eſt, ſed partem tantum attendat. Cæterum repugnat, ut Chriſtianus de Dei perfectionibus cogitet, quin ſaltem implicitè ejus poſſeſſionem tanquam ſuum ſummum bonum deſideret; nedum ejuſmodi deſiderium, quaſi puritati dilectionis minus conſentaneum, abjiciat, atque à mente ſua penitus excludat.

Præterea obſervandum, aliud eſſe beatitudinem in genere deſiderare, quod ex naturali quadam propenſione omnibus hominibus, malis æquè ac bonis, inſitum eſt; aliud verò ad Deum tanquam verum ac ſummum creaturæ rationalis bonum in æterna beatitudine poſſidendum, ſpe ac deſiderio tendere, quod Chriſtianæ pietatis & charitatis

pro-

proprium eſt. Imò ſi quis Chriſtianus ex fide edoctus, tum ſe beatum fore, cùm æternam gloriam adeptus fuerit, per illam gloriam nihil aliud intelligat, niſi ſtatum aliquem bonorum omnium aggregatione perfectum, in quo ſumma, tum animi, tum corporis, pace gaviſurus ſit, eumque ſtatum privato ſui amore deſideret, in ſe-ipſo quieſcens nec ſe ad Deum tanquam ad incommutabilem veritatis & juſtitiæ formam atque ultimum ſuum finem referens; is non tam Deum quàm ſe-ipſum amare convinceretur, nec veram ſe ac ſinceram habere charitatem, ſed propriâ cupiditate duci oſtenderet. Quales videas hodie multos inter Chriſtianos, qui quoties de paradiſo & æterna cœli gloria cogitant, magno ejus conſequendi deſiderio inflammantur, tametſi nullo vero juſtitiæ amore teneantur, ſed pravis cupiditatibus explendis, neglectâ divinâ lege, vacent.

X.

Hinc quoque explicanda eſt ſententia ſancti Bernardi, qui ſubliniorem quemdam charitatis gradum agnoſcere videtur, in quo conſtituta anima *non ſuum aliquid, non felicitatem, non gloriam, non aliud quidpiam tanquam* PRI- Explicatur Bernardus. *Serm. 9. de diverſ.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VATO SUI-IPSIUS AMORE *deſiderat*. Patet enim eum ab hac charitatis perfectione non quodlibet beatitudinis deſiderium excludere, ſed peculiarem tantum animi affectum, quo quis privato adhuc ſtudio æternitatis felicitatem appeteret; & ad ſe-ipſum converſus propriam in naturæ ſuæ integritate quietem quæreret. Quis felicitatem, inquit, PRIVATO SUI-IPSIUS AMORE deſiderat? Quapropter poſtquam idem ſanctus Doctor alio loco dixit, *eum qui timet ire ad portas inferi, & qui Deum cupit videre* PROPTER QUIETEM SUI, *adhuc quærere quæ ſua ſunt*, in ipſo tamen penitus caſtificato corde & puriſſima charitate, ardentiſſimum videndi Dei deſiderium includit, ut *ei unicè inhæreat*, ut *eo fruatur*, ut *eum laudet cunctis diebus vitæ ſuæ*, id eſt in æterna beatitudine. Unde etiam non uno loco deſiderium vitæ æternæ tanquam proprium Chriſtianorum & omnibus Juſtis ac Sanctis commune ſolicitè commendat, ut ſerm. 25. de diverſ. ubi ait: *Hæc ſunt toto affectu & omni tempore poſtulanda. Hæc ſunt pro quibus inceſſanter & quam obnixè poterunt, ad Deum clament deſideria noſtra... ut gloriam ejus videre & ipſo frui in æternum merearis.* De

Serm. 3. de diverſ.

quo

quo etiam videri poteſt ſerm. 59. in Cant.

X I.

Non minus turpiter falluntur Quietiſtæ, dum charitatis perfectionem & puritatem in eo collocant, ut Deus tanquam in ſe-ipſo ſummè amabilis à nobis diligatur, nullo habito reſpectu ad beneficia quibus nos etiam in ipſa naturæ noſtræ per peccatum lapſæ gratuita & miſericordiſſima reparatione, proſecutus eſt. Longè aliter Chriſtus cum ait: *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret.* Longè aliter Apoſtolus, cùm hanc rationem ad excitandam in Deum charitatem tantoperè urget, ut ad Rom. 5. v. 8. *Commendat charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores eſſemus ſecundùm tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* Deinde v. 14. *Charitas Chriſti urget nos, æſtimantes hoc, quoniam ſi unus pro omnibus mortuus eſt, ergò omnes mortui ſunt.* & ad Gal. 2. v. 20. *Qui dilexit me & tradidit ſemet-ipſum pro me.*

Beneficiorum Dei recordatio nequaquam obſtat charitatis perfectioni aut puritati.

Enimverò quæ perfectior & excellentior pietatis Chriſtianæ occupatio, quàm ut ex immenſæ illius bonitatis & miſericordiæ conſideratione, in ardentiſ-

ſimum Dei amorem voluntas excitetur? Quid aliud eſt Euchariſtiæ oblatio & juge ac ſingulare Eccleſiæ ſacrificium, quod puriſſimo charitatis igne à Sacerdotibus & Chriſtiano populo quotidie adoletur, niſi continuatio ſimul & commemoratio unici illius Sacrificii, quo Chriſtus ſemel ſe pro omnibus in ara Crucis obtulit? Nonne ipſa etiam Euchariſtiæ participatio in commemorationem Chriſti fieri præcipitur? Nonne quoties manducamus panem hunc & calicem bibimus, toties, ex Apoſtolo, **mortem Domini annuntiamus, hoc eſt,** eum pro nobis mortuum cum grati animi teſtificatione profitemur? Quis autem dicere audeat in his præſtantiſſimis Chriſtianæ religionis actibus minus perfectam minuſque ſinceram Deo charitatem exhiberi? Quis non potius agnoſcat Quietiſtas, dum contemplationis ſuæ dotes impenſius prædicant, in ipſa religionis ac pietatis fundamenta impingere?

Patet itaque illos longe à Scriptura Sacra & à Sanctis Patribus diſſentire, dum perfectum charitatis actum, quo voluntas in Deum prout in ſe eſt, fertur, nullo æternæ beatitudinis deſiderio, nullaque acceptorum ab eo benefi-

ficiorum recordatione interpellandum docent. Qua in re mihi videntur non ſatis præſentem hominis ſtatum & conditionem attendere, & præpoſtero ſtudio imitandæ viſionis beatificæ, (de qua Apoſtolus ait, quod *oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus iis qui diligunt illum*) omnem veræ & chriſtianæ pietatis ſenſum imprudentes extinguere, & in locum ejus charitatis, quæ per Spiritum ſanctum in cordibus noſtris diffunditur, philoſophicæ & commentitiæ charitatis larvam ſubſtituere.

Mol. l. 1. c. 13. n. 93.

XII.

Cui potiores partes in oratione dandæ, intellectui, an voluntati?

Hactenus de utroque intellectûs & voluntatis actu, quo Quietiſtarum contemplatio acquiſita conſtat. Cæterùm obſervandum, tametſi duarum præſtantiſſimarum animæ facultatum operam in hoc contemplationis negotio requirant, longè tamen potiores, ex eorum ſententia, eſſe intellectûs partes; quatenus fidei habitu & dono ſapientiæ adjutus, puro ac ſimplici intuitu Deum intimè in anima præſentem contemplatur, in quo totam hujus con-

tem-

templationis rationem reponere videntur.

Malav. dial. 1. p. 212. Sin verò actum voluntatis in amorem *Dial. 2. p. 471.* efferveſcentis adjungunt, id quaſi additamenti loco habent, quatenus ſupponunt ex apprehenſione intellectûs *M. Pet. 3. part. p. 47.* neceſſariò ſequi voluntatis affectum, atque has duas facultates in oratione ita connexas eſſe, ut quo purior ac perfectior eſt in intellectu cognitio, eo etiam ardentior ac perfectior ſit in voluntate dilectio: quod falſiſſimum & hæreſi Pelagianæ proximum. Hinc enim ſequeretur, non jam ab ipſo Deo charitatem dari, & tanquam verum ac genuinum orationis fructum in corda noſtra per Spiritum ſanctum diffundi, ſed ab ipſa voluntate, quoties libuerit, excitari, idque in eximio quodam & excellenti gradu, qui perfectæ intellectus cognitioni atque acquiſitæ contemplationis dignitati reſpondeat.

Longè aliter SS. Patres, & potiſſimum S. Auguſtinus qui paſſim præcipuas in oratione partes charitati tribuit, atque *In Joan. Ep. 1. tract. 6.* hanc ex Deo nobis eſſe ubique cum Joanne Apoſtolo teſtatur. *Charitas*, inquit, *ipſa gemit, ipſa orat: contra hanc* *De moribus Eccl. Cath. c. 17.* *aures claudere non novit qui dedit illam.* Et alibi: *Amore petitur, amore quæritur,*

tur, amore pulſatur, amore revelatur, amore denique in eo quod revelatum eſt, permanetur.

Imo hæc Quietiſtarum doctrina à communi etiam Scholaſticorum & Myſticorum tum veterum, tum recentiorum ſententia recedit; qui voluntatis actum in oratione præſertim commendant, & ſublimioris cujuſque contemplationis meritum & dignitatem ex charitatis fervore metiuntur, ut patet ex Hugone & Richardo à S. Victore, S. Thoma, S. Bonaventura, Gerſone, Dionyſio Carthuſiano, Bloſio & aliis.

XIII.

Neque etiam errore caret, quod generaliter aſſerunt, eo actum charitatis puriorem ac ſimpliciorem eſſe, quo minus habet ſaporis & guſtus ſpiritualis, Deumque purâ & ſimplici fide apprehenſum guſtari non poſſe: aut dum mentis tenebras, ariditates aliaſque pœnas interiores etiam cum graviſſimis tentationibus conjunctas, tamquam ordinariam ad ejuſmodi contemplationem viam omnibus proponunt, aut etiam ut exoptatiſſimum animæ ſtatum deſcribunt.

An ſapor ſeu guſtus ſpiritualis repugnet perfectioni ſeu puritati amoris? *M. Pet. part.* 3. *p.* 92. 204. 554. *Il med. nelli Enigm. p.* 45.

Certe

Certe quando juſti, qui ex fide vivunt, in oratione aliquid ſapientiæ, bonitatis, miſericordiæ Dei deguſtant, ipſum Deum, quantum mortalis hujus vitæ conditio patitur, deguſtare dicendi ſunt: tantumque abeſt ut hunc intimum charitatis ſenſum, velut rem minus perfectam, abjiciant, ut potius tanquam ſingulare Dei beneficium excipiant. Hinc nos ſæpe Scriptura ad hanc ſuavitatem Dei deguſtandam invitat. *Guſtate & videte quoniam ſuavis eſt Dominus*, inquit Pſalmiſta. Item: *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Quin & Paulus ad Rom. 14. v. 17. quid ſit in nobis regnum Dei exponens, ait, eſſe *juſtitiam, & pacem, & gaudium in Spiritu Sancto.* Et ad Gal. 5. v. 22. charitati gaudium ſtatim ſubjungit. *Fructus autem Spiritus*, inquit, *eſt charitas, gaudium, pax.* Unde etiam S. Thomas 1. 2. q. 180. art. 7. pluribus docet, quod *vera contemplationi delectatio conjuncta ſit.*

Mol. l. 1. c. 10. n. 59. 61. 63. c. 15. n. 109.

Quod autem illas tenebras, ariditates, alioſque internos cruciatus ſpectat, negandum quidem non eſt, quin Deus iis aliquando utatur, ad certas quaſdam animas purgandas, maximè ſi quas ad infuſam contemplationem alioſque extraor-

ordinarios divinæ gratiæ effectus evehere velit. At ut paſſim iis omnibus qui ad contemplationem acquiſitam propria induſtria contendunt, hæc illius acquirendæ aut etiam perficiendæ ratio, tanquam communis & ordinaria proponatur, id demum valde periculoſum & illuſionibus obnoxium videtur. Accedit, quod hunc ſtatum, qui per ſe dolendus & inter hujus vitæ peccato ſubjectæ pœnas numerandus eſt, nunquam licet tanquam per ſe felicem & optandum extollere atque aliis commendare.

XIV.

Hæc contemplatio à Quietiſtis ita propriæ induſtriæ & viribus liberi arbitrii tribuitur, ut nihil in ea gratia Chriſti operari videatur. „Cùm enim, inquiunt, qui aliquo habitu præditus „eſt, ejus actus quotieſcumque libuerit, ſi non eſt aliundè impeditus, poſſit producere; fides autem & charitas „per modum habitûs ab omnibus juſtis „ſeu in gratia conſtitutis habeantur, „poſſunt illi, quotieſcumque voluerint, „harum virtutum actus producere. Atqui, ut addunt, fides & charitas præcipuè circa Deum, prout in ſe eſt, & ere-

Hæc contemplatio ad humanam liberi arbitrii induſtriam refertur, non ad gratiam Dei. *M. Pet. 3. part. p. 71. 72. 63. 290.*

„credendum & amandum verſantur,
„ Quid igitur obſtabit, quo minus ani-
„ ma quæ in gratia Dei conſtituta eſt,
& eſt ſui compos, poſſit quotieſcum-
que voluerit, ſeipſam inter orandum
ad actualem Dei contemplationem &
„amorem applicare?

Adjungunt quidem alibi libero arbitrio ordinarium gratiæ auxilium, quod ad actus quibus conſtat hæc oratio, eliciendos ſemper præſto eſſe ſupponunt. Sed per illud auxilium videntur intelligere aut gratiam habitualem, aut certe verſatilem quandam gratiam quæ potentiam tantum afficiat nihilque in opus ipſum influat, ſed ſolo voluntatis nutu ad actum applicetur. Unde etiam ipſa contemplatio humanæ induſtriæ & propriis liberi arbitrii viribus ab ipſis tribuitur, atque adeo nonnumquam *naturalis* appellatur; quod certe Pelagianorum errori valde affine eſt.

M. Pet. 3. part. c. 2. p. 63.

Oratio non fit ſine ſpeciali Dei auxilio & ſine illa gratia de qua ait Apoſtolus ad Philipp. 2. v. 13. *Deus eſt qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate.* Quanto magis id fatendum eſt de oratione quæ ſit excellentioris cujuſdam ordinis, qualis hic proponitur.

Sin

Sin vero juſtis, pro ſuæ juſtitiæ modo nunquam non adſunt gratiæ quibus eis præcepta Dei poſſibilia fiant; quis inde recte inferat, eos nunquam non habere ejuſmodi gratias, ut quotieſcumque libuerit, ad ſublimem hanc Quietis orationem ſe transferant, & in ea exercitanda, quamdiu libuerit, perſeverent? Certe mirum, quantam hæc oratio, quam cum ſumme perfectam eſſe velint Quietiſtæ, omnibus tamen parabilem perhibent & proprio cujuſque arbitrio ſubjiciunt, abſit ab illa oratione quam deſcribit Apoſtolus, dum ait Rom. 8. v. 26. *Quid oremus ſicut oportet, neſcimus: ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Et Gal. 4. v. 6. *Miſit Deus Spiritum Filii ſui in corda noſtra clamantem Abba, Pater.*

XV.

Quietiſtarum placita & ratiocinationes Stoicorum apathiæ & Pelagianorum impeccabilitati favent. Ubi enim quis hunc contemplationis gradum aſſecutus eſt, in quo eum permanere & quaſi continuo hærere volunt, dæmonis tentationibus amplius non patet, quod Deo ita in eo ſtatu conjungatur, ut nullas animi

Stoicorum apathiæ & Pelagianorum impeccabilitati favent Quietiſtæ.

M. Pet. 3. part. p. 82. nelli Enigm. p. 81. 429.

mi perturbationes aut peccati illecebras ſentiat.

Hinc in ea oratione, quæ eſſe quodammodo continua perhibetur, nullus quotidianorum peccatorum, quibus etiam juſti obnoxios ſe agnoſcunt, veniam petit: nullus divinum auxilium, ne gravioribus tentationibus ſuccumbat, precatur; quod utrumque tamen præcipuum eſt Chriſtianæ orationis caput, ut ex Oratione Dominica patet, quæ proprie fidelium ac juſtorum eſt oratio, & quam cæterarum omnium orationum ſummarium ac formam SS. Patres appellant.

Ultrà etiam nonnulli Quietiſtæ pergunt. Dum enim hac in oratione ſimpliciſſimo fidei actu occupantur; ad immiſſas à Diabolo & à concupiſcentia tentationes nequaquam attendendum putant, & quidquid in eo ſtatu admittitur, etiamſi ad actiones exteriores & deteſtabiles carnis ſpurcitias prorumpant, tanquam non liberum, & à Diabolo potiùs quàm ab ipſis commiſſum, à peccato eximunt: quæ quidem doctrina Begardorum aliorumque Illuminatorum errorem revocat, & ad quælibet flagitia latum aditum pandit.

M. Pet. nelle Opere ſpirit. lib. 2. Opuſc. 5. c. 10. 11. 19. Il med. nel lib. 1. delle Opere ſpirit. part. 2. c. 4. 6.

XVI.

XVI.

Hæc Quietiſtarum oratio hominum eſt nulla inopiâ laborantium, nec tam homini inter exilii ſui ærumnas poſt peccati lapſum gementi, convenit, quàm Adamo adhuc innocenti & in juſtitia originali conſtituto, quem S. Auguſtinus alloquens in Pſ. 29. *In Paradiſo*, inquit, *non clamabas, ſed laudabas; non gemebas, ſed fruebaris.* Non refert ſtatum hominis viatoris, per gratiam quidem liberati, contra peccati tamen reliquias adhuc luctantis; ſed hominis à concupiſcentia prorſus liberi & in æterna pace de ſua felicitate jam ſecuri.

Hæc contemplatio potius homini ſtanti, quam poſt peccatum lapſo convenit.

Hinc apud myſticos hujus orationis Tractatores nuſquam ferè mentio fit luctæ de qua Apoſtolus ait: *Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, ſpiritus autem adverſus carnem*, Gal. 5. v. 17. & quam adhuc operoſius in ſe-ipſo deſcribit Rom. 7. v. 23. dum ait: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ & captivantem me in lege peccati quæ eſt in membris meis.* Quibus verbis ſtatim adjungit: *Infelix ego homo! Quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per* Jesum-Christum *Dominum noſtrum.* Ubi propriè quid ſit Chri-

ſtiana oratio & quiſnam ejus fructus, ſignificat, dum & animæ ad Deum gementis deſiderium, & Dei per gratiam opitulantis miſericordiam nobis ob oculos ponit.

Sive itaque modum acquirendæ ejuſmodi contemplationis, ſive ipſam ejus naturam & conditionem prout à Quietiſtis deſcribitur, attendas, vix illam à Pelagiani erroris contagione liberaveris.

XVII.

Aliud argumentum contra hanc orationem.

Alio adhuc argumento hanc orationem nonnulli oppugnant. Nemini fas eſt, inquiunt, cuipiam actioni vel corporeæ vel ſpirituali gratiam aliquam extraordinariam adjungere, quæ ei ſuapte natura conjuncta non eſt, niſi id expreſſa Scripturæ aut Traditionis autoritate confirmetur. Addita enim hac gratia illa actio Sacramentum evaderet, aut quid par & æquale Sacramento. Plura autem eſſe Sacramenta quam ſeptem, erroneum eſt vel potius hæreticum. At animæ orantis ſpiritualis actus fidei circa præſentiam ſeu immenſitatem Dei, propriæque abdicatio operationis, eam ſuapte natura vim & efficaciam non habent, ut ſtatim Deus mentem occupet ſoluſque in ea incipiat operari. Neque etiam ex verbo

verbo Dei ſcripto vel tradito iſtis actibus hanc à Deo inditam virtutem didicimus. Erroneum eſt igitur & hæreſi proximum ejuſmodi actibus hanc gratiam aliaſque ex ea ſequentes quibus contemplatio acquiſita conſtat, cum Quietiſtis tribuere.

XVIII.

Præterea Deum tentare convincitur, qui viis ordinariis relictis, extraordinarias & inuſitatas ad ejus gratiam donaque adipiſcenda perſequitur. Via autem ordinaria qua Deus noſtram movet voluntatem, eſt ut prius intellectum illuſtret: via ordinaria qua nos in ſui amorem rapit, eſt ut hujus amoris cauſas eaque quibus maxime nobis amabilis efficitur, menti noſtræ objiciat; ut videlicet cogitemus ejus ſapientiam, juſtitiam, bonitatem, miſericordiam, omnipotentiam; ut memoria repetamus ſumma ejus in nos beneficia, præſertimque Chriſti paſſionem & mortem, alia denique omnia quæ tum in Scripturis ſacris, tum in libris Sanctorum ad excitandum divinum amorem afferuntur. Quiſquis itaque his omnibus vel omiſſis vel rejectis ſolam Dei præſentiam & immenſitatem generali quadam & con- 2. Argumentum.

fuſa notione percipit, qua quidem cogitatione haud ſcio anne alia minus ad excitandum in nobis amorem Dei valeat, is profecto Deum tentat, & perinde ſe gerit, ac ſi, abjecto pane, lapidibus, ligno aut aere ſe ſuſtentare poſtularet.

XIX.

3. Argumentum.

Alio gravi errore implicatur hæc oratio. Cum enim, ex Quietiſtarum ſenſu, poſita ſit in actuali exercitio habitus fidei & charitatis, donorumque Spiritus Sancti quæ in ſolis juſtificatis occurrunt, ſequitur neminem huicce orationi vacare, quod frequenter & quaſi perpetuo faciendum docent, quin certò ſciat ſe eſſe juſtificatum, idque abſque ulla dubitatione apud ſemetipſum ſtatuat; quod non longe abeſt ab illa hæreticorum fiducia, quam Tridentina Synodus ſeſſ. 6. can. 13. 14. ſub anathemate damnavit.

XX.

4. Argumentum.

Deinde omníne cogitationi circa res quaſcumque infenſi ſunt Quietiſtæ, an vero eam à ſuâ demum oratione, quam omnibus communem eſſe volunt, paſſim removent.? Primum certè non dicent. Ecquid enim ineptius fingi poſſet

quam

quam Judici aut Advocato eas cogitationes interdicere quæ circa lites occupantur, quam medicum ab Hypocratis ſtudio, Mathematicum à problematum ac demonſtrationum nodoſiſſimarum inveſtigatione, aut denique quemvis artificem ab eorum quæ ſuæ artis ſunt cogitatione deterrere? Igitur non eò uſque deſipiunt Quietiſtæ, ut res tam arctè à natura copulatas audeant errore divellere. Longe verò periculoſius aberrant dum contendunt non eſſe homini Chriſtiano cogitandum de fine ſuo, vitâ ſcilicet æterna, de viâ ad beatum finem iſtum capeſcenda, de inſidiis viæ ſuperandis, de Chriſto denique qui via, veritas & vita eſt; cum tamen eum beatum dicat Scriptura cujus voluntas in lege Domini, qui in ea meditatur die ac nocte. *Pſal.* 1.

XXI.

Omnibus rerum æſtimatoribus æquis, ea tum celebrandi tum audiendi Sacri ratio maximè probatur, qua ad omnes liturgiæ partes intenti ſingula mente pertractemus quæ nobis ob oculos ponuntur. Quietiſtæ verò methodum longè ſublimiorem cunctis fidelibus ſive Sacerdotibus ſivè laicis proponunt, nempè ut neglectis precibus ac reliquis 5. Argumentum.

quæ ad ritum pertinent, tota mentis contentione Dei immenſitatem ad Quietiſtarum leges, quod ipſis juge ac perenne eſt, contemplentur. Atque ita Sacerdotibus celebrandi methodum maximè à Quietiſtis laudatam veluti præcipuam ac unicam quæ Chriſtianæ pietati conveniat, aſſequi volentibus, adnitendum erit, ut dum Sacris operantur, aliud omninò agant: idemque de laicis aſſiſtentibus dicendum. Sed à påge ejuſmodi ineptias.

XXII.

Hæc contemplatio Chriſto injurioſa, quod nullum de ejus humanitate & myſteriis cogitandi locum relinquat.

Mol. l. 1. c. 16. Malav. dial. 1. p. 127. 130. M. Pet. 3. part. della cont. c. 12. nelli Enigm. diſv. p. 159. nelle Opere ſpirit. lib. 2. lettera 5. e pag. 459. Mol. l. 1. c. 16. n. 124.

Hæc oratio ad quam omnes paſſim invitantur, & quam ſi quis ſemel adeptus ſit, frequentare & quodammodo perpetuare debet, nullum Chriſtianis locum relinquit, ut de Mediatore Dei & hominum Homine Chriſto Jesu cogitent, ut ſanctiſſimam ejus vitam, miracula, præceptiones, paſſionem denique & mortem aliaque redemptionis noſtræ myſteria meditentur. Hæc enim ſingula cum ſimpliciſſimo fidei actu, quo uni divinitati contemplandæ vacandum eſt, cohærere nequaquam poſſunt: ut meritò Quietiſtis ad ſublime hoc orandi genus provectis Chriſtus dicere poſſit, quod olim Apoſtolis adhuc rudibus dicebat, Joann. 16. v. 24. *Uſque modo*

modo non petiſtis quicquam in nomine meo: petite & accipietis , eiſque in mentem revocanda videantur hæc Principis Apoſtolorum verba : *Non eſt in alio aliquo ſalus : nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus in quo oporteat nos ſalvos fieri.* Act. 4. v. 12.

Hoc graviſſimum incommodum Quietiſtis, tanquam ex eorum doctrina manifeſtè & neceſſariò ſequens, non ſemel oppoſitum fuit. Etſi autem hanc conſequentiam nequaquam admittant, rationes tamen quibus eam repellere conantur, adeò infirmæ ſunt, ut in eo animus Chriſtianus acquieſcere nequeat. Aut enim negant Contemplativos, deditâ operâ in oblivionem Humanitatis Chriſti, myſteriorumque redemptionis noſtræ devenire, ſed ſolùm id fieri, quod omni cogitatione ac mentis operatione circa res ſingulares, contemplandæ divinitati affixi, priventur : quaſi verò eis vitio detur, quod id ſpontè & ſuo judicio faciant, non autem quod neceſſitate quâdam quæ ex ipſa contemplationis acquiſitæ conditione oriatur: aut certam quamdam contemplandi Chriſtum ejuſque myſteria rationem, ſine ullis formis atque imaginibus comminiſcuntur ; id quod etiam

non niſi raptim quaſi ad punctum temporis faciendum concedunt : tametſi alibi apertè fateantur , paſſionis Chriſti aliorumque ejus myſteriorum conſiderationem tyronibus ac novitiis relinquendam , tanquam viam ordinariam quibus ad divinitatis contemplationem introducantur ; quam ubi conſecuti fuerint, fruſtrà jam finem adepti , ad media iterum ineunda cogerentur ; quæ quidem doctrina erroris plena & Chriſtianis autoribus intoleranda eſt.

Eam certè ut execrandam rejeciſſet Apoſtolus, qui quamvis ad ſublimiſſimam Dei contemplationem evectus fuiſſet, *raptus uſque ad tertium cœlum, ubi & audivit arcana verba quæ non licet homini loqui*, Jeſum ſemper in corde & in ore habuit : Qui 1. Cor. 2. v. 2. huc totam ſuam ſcientiam refert : *Non enim*, inquit, *judicavi me ſcire aliquid inter vos niſi* JESUM-CHRISTUM , *& hunc crucifixum :* Qui in Chriſti cruce totam ſuam gloriam reponebat, his verbis : *Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri* JESU-CHRISTI, Gal. 6. v. 14. ut vix dubitari poſſit, quin ſi redivivus coram adeſſet, in novæ hujus doctrinæ prædicatores hoc ſuum fulmen vibraret : *Si quis non amat*

Do-

Dominum noſtrum Jesum-Christum, *ſit Anathema. Maran Atha.* 1. Cor. 16. v. 22.

XXIII.

Ut autem Sanctos Patres omittam, quantum ab ea doctrina abhorruerit S. Thereſia, cujus in hoc argumento auctoritas maximi ponderis eſſe debet, ex plurimis ejus Operum locis patet, præcipuè autem ex cap. 22. ſuæ vitæ, ubi ſeſe narrat aliquando, ex lectione quorumdam librorum, ſimili orationi dediſſe, in qua videlicet quidquid corporeum ac ſenſibus ſubjectum eſt, non exceptâ Chriſti humanitate, relinquens, uni divinitati contemplandæ vacaret; at poſtea agnoviſſe in eo ſe graviter errare. Undè ad Chriſtum converſa ejus erroris veniam magno cum animi dolore poſtulat, ubi inter alia hæc habet: „O quàm „devium iter, Domine, ingreſſa eram! „Mihi certè videor in præcipitium delapſura fuiſſe, niſi me in rectam viam „reduxiſſes.„ Et ibidem: „O Deus „animæ meæ, inquit, ac bonum meum, „Iesu-Christe crucifixe, nunquam „hujus opinionis, quam aliquando ſecuta ſum, recordor, quin graviter, „etſi per ignorantiam, in te deliquiſſe „mihi videar.

Ab hac doctrina longè abhorruit S. Thereſia.

In

In Tractatu verò qui inſcribitur *Caſtellum animæ*, Manſione 6. idem teſtatur, Moniales ſuas alloquens his verbis: „Mihi nunquam certè perſuadebunt „(Scriptores quoſdam ejus orationis patronos deſignat) hanc viam eſſe bonam. Fieri quidem poteſt, ut errore „labar (minus eorum ſenſum capiendo) neque ipsâ re ab invicem diſſentiamus. Sed tum animadverti, dæmonium hoc pacto me in fraudem inducere voluiſſe: atque idcirco tam malè „mulctata, quantumvis id vobis ſæpè „dixerim, iterum hîc repetendum arbitror, ut ea de re vos quam diligentiſſimè admonitas habeam; &, quæ „mea eſt ea in re confidentia, audeo „vobis dicere ut nemini, qui contrarium vobis proponeret, credatis.„

Hæc magna illa ſpiritualis vitæ Magiſtra ad ſuas diſcipulas, de oratione quæ uni divinitati affixa, humanitatis Chriſti ejuſque myſteriorum memoriam excluderet.

XXIV.

Eidem, doctrinæ adverſantur Sanctorum exempla.

Non minus huic doctrinæ adverſantur aliorum exempla Sanctorum. Quotquot enim hactenus in Eccleſia, etiam poſterioribus his ſæculis, pietate & ſanctimonia floruerunt, toti pene fuêre in colen-

colenda & amanda Chriſti Domini ſacroſancta humanitate, & in meditanda ejus paſſione aliiſque, quibus ſalutem noſtram operatus eſt, myſteriis. Nam, ut de S. Franciſco, S. Bernardino, S. Catharina Senenſi aliiſque quamplurimis taceam, quis neſciat, ſanctum Carolum Borromæum in monte Varallo, ubi in variis Capellis Dominicæ Paſſionis myſteria ad vivum expreſſa erant, libenter commoratum, ibique iiſdem myſteriis maxima animi attentione & flagrantiſſimo cordis affectu meditandis dies noctesque conſumpſiſſe?

Nec valet quorumdam Quietiſtarum reſponſio, illos Sanctos à Deo ipſo his myſteriis non tam multiplici cogitatione meditandis, quàm puro fidei intuitu & in abſtracto contemplandis, admotos fuiſſe. Nam, ut omittam hanc eorum myſteria Dominicæ Paſſionis contemplandi rationem commentitiam videri, quis unquam ſibi perſuadeat, cùm Deus ipſe hanc ſanctiſſimis hominibus mentem injecerit, ut frequenter de Chriſti humanitate & myſteriis inter orandum cogitarent, aliam pleriſque fidelibus, qui ab eorum ſanctitate & meritis longè abſunt, viam ineundam eſſe, in qua vix unquam Chriſti humanitatis eis in men-

mentem veniat; quaſi hæc via promptior ſit & expeditior ad augendum in iis divinum amorem, & ad vitæ Chriſtianæ perfectionem conſequendam?

Eadem difficultas moveri poteſt de variis Chriſti, Beatiſſimæ ejus Matris, aliorumque Sanctorum viſionibus, cum ii ſanctiſſimis quibuſque hominibus adhuc in terra degentibus, dum ferventius antiqui incumberent, ut S. Bernardo, S. Franciſco, S. Bernardino, S. Antonio Patavino, S. Catharinæ Senenſi aliiſque innumeris, ſub corporea ſpecie ſeſe oſtenderunt. Quantumvis enim Quietiſtæ ejuſmodi viſiones in his Sanctis, non ad meditationem quam vitæ purgativæ propriam eſſe volunt, ſed ad contemplationem quæ illuminativæ ſeu potius unitivæ vitæ convenit, referendas putent; nunquam efficient, quin inde rectè inferatur, Sanctis illis aut non cognitam aut minimè probatam fuiſſe eam orationem, quæ ita in puro ac ſimplici fidei Deum intuentis actu poſita eſt, ut omnem de rebus corporeis, atque etiam de ipſa ſacroſancta Chriſti humanitate, cogitationem excludat.

XXV.

Ejuſdem doctrinæ fal- Denique ut pateat quam falſa ſit & com-

communi Chriſtianorum ſenſui adverſa hæc doctrina, quæ humanitatis Chriſti memoriam ex animo quaſi dedita opera, inter orandum perpetuo excludit, ſufficiat amantiſſimum & ſaluberrimum ejuſdem Chriſti, in inſtituendo Corporis & Sanguinis ſui myſterio ac jugi Chriſtianorum Sacrificio, conſilium ob oculos ponere, & ex perpetuo uſu ac doctrina Eccleſiæ attendere, quam frequens ac ſuavis omnibus debeat eſſe hujus admirandi atque ineffabilis Sacramenti, adeoque Chriſti humanitatis, cultus & memoria. Id vel ex una feſti Corporis Chriſti collecta patet, in qua tantopere hujuſmodi cultus ac memoriæ fructus commendatur his verbis: *Deus qui nobis ſub Sacramento mirabili paſſionis tuæ memoriam reliquiſti &c.*

ſitas arguitur ex inſtitutione ſanctiſſimi Eucharistiæ Sacramenti.

XXVI.

Quæ de Chriſto Salvatore ejuſque myſteriis modo diximus, eadem potiori adhuc ratione dicenda ſunt de pietate in Beatiſſimam Virginem & in Sanctos, aut in eorum vitas, actiones, miracula: item de Sacrarum imaginum & reliquiarum cultu cæteriſque exterioribus religionis exercitationibus. Hæc enim mente & cogitatione complecti, aut pia ſolici-

Quietiſtarum doctrina Sanctorum cultui, & Imaginum ac Reliquiarum venerationi, adverſa.

licitudine frequentare, tyronibus & in meditantium gradu adhuc hærentibus conceditur. Cæterum ſi ſemel ad contemplationem acquiſitam perveneris, quo plus in ea proficies, eo longius ab ejuſmodi rerum cogitatione mentem avertes, quæ contemplantis actum impediret, & animam Deo ex pura & ſimplici fide inhærentem, à felici & tranquilla ſua quiete avocaret.

Hæc Quietiſtæ ex ſua doctrina ſequi plane negant, ſeque pietatem adverſus ſanctos, ſacrarumque imaginum uſum & venerationem retinere ac plurimum commendare profitentur. At id recte ex earum pronuntiatis inferri, tum per ſe clarum videtur, tum plurimorum ex eorum diſcipulis, qui ab imaginibus, ſaltem intra privatas ſuas domos, abſtinuiſſe convicti ſunt, exemplo comprobatur.

XXVII.

Diaboli fraus in diſſeminanda hac doctrina.

Ex his patet in hac Quietiſtarum doctrina Diaboli fraus & dolus, utpote qui cum Sanctorum cultum, ſacras imagines, variáſque exteriores pietatis exercitationes per apertam Novatorum hæreſim delere non potuerit, eas ex Eccleſia occultiori via & quaſi per cuniculos exterminare conatur.

XXVIII.

XXVIII.

Imo ex ſupradictis pernitioſior adhuc Sathanæ altitudo hîc proditur. Cum enim univerſa fidei Chriſtianæ myſteria & Dei Optimi Maximi ſapientiam, bonitatem, miſericordiam, aliaſque ſimiles ejus perfectiones, quibus maxime hominum ſalus tribuenda eſt, ſummo odio proſequatur, eaque omnia, ſi poſſet, perimere vellet, poſtquam id ſe perficere poſſe deſperat, ea ſaltem ex plerorumque fidelium animis, introducta falſa hac & adulterina contemplatione, in qua eorum penitus obliviſcantur, obliterare tentat.

Aliud peſſimum Sathanæ conſilium.

XXIX.

Ex eadem doctrina ſequitur, ut qui hunc contemplandi gradum aſſecuti ſunt, neque præteritorum peccatorum recordari, neque de culpis venialibus & quotidianis dolere, neque ob concupiſcentiæ fomitem aliaque mala quibus etiam juſti, quamdiu in corpore mortis hujus detinentur, obnoxii ſunt, ingemiſcere debeant. Hæc enim omnia quæ compunctionis & humilitatis Spiritum, quo maxime ſublevata oratio cœlum penetrat, ſimpliciſſimo illo fidei Deum intuentis

Compunctionis atque humilitatis ſpiritum extinguit.

tuentis exercitio alieniſſima ſunt. Unde ejuſmodi cogitationibus tamquam minus utilibus, aut etiam noxiis abſtinendum docent Quietiſtæ; novitiis enim & in purgativa adhuc vita morantibus, eas permitti: cæterum ſi quis ad altiorem orationis gradum aſcenderit, minime ei ad prima hæc ſpiritualis vitæ rudimenta redeundum.

Quæ quidem doctrina, quam communi Sanctorum doctrinæ & exemplo contraria ſit, vel ex una S. Thereſia diſcere licet, quæ Cap. 13. vitæ ſuæ diſerte ait: *Nullum eſſe tam altum orationis ſtatum, quin ſæpe neceſſarium ſit ad principium redire, præſertim vero ad peccatorum ſuorum conſiderationem, & ad propriam ſui ipſius cognitionem. Hic enim*, inquit, *eſt panis qui ad reliquos alios cibos quantumvis delicatos in hac orationis via adhibendus eſt: ſine iſto pane nullus in hoc ſe itinere ſuſtentare poſſet.*

XXX.

Sacræ Scripturæ lectionem & meditationem tollit. *Malav. dial. 1. p. 99.*

Huic orationi, quæ quo perfectior fuerit, eo magis continua eſſe debet, vix ulla cum ſacræ ſcripturæ lectione ac meditatione ſocietas eſſe poteſt. Quid enim magis à ſimpliciſſimo illo fidei actu & placidiſſima quiete mentem avertere

tere poteſt, quam divina Eloquia tot hiſtoriis, figuris, ſimilitudinibus parabolis atque aliis obſcuritatibus referta legere, & latentem ſub cortice literæ veritatem ad ædificandam in corde charitatem, ſcrutari? Num igitur à ſcripturarum lectione & meditatione, quæ ſine ratiocinatione & mentis diſcurſu fieri nequit, pios quoſque qui ad contemplationis acquiſitæ ſtatum pervenerint, deterrebunt Quietiſtæ? Certe quantum id à ſapientiſſimo Dei conſilio, qui hunc cæleſtem ſacrorum librorum theſaurum hominibus ſumma liberalitate tradidit, ut loquitur Tridentina Synodus, & à communi omnium Chriſtianorum ſenſu abhorreat, nemo non videt.

Imo SS. Patres ad hanc divinorum Eloquiorum lectionem & meditationem fideles paſſim exhortantur, atque in illa quaſi perpetuo ſeſe exercebant quotquot olim, abdicatis ſæculi curis; in cænobiis aut ſolitudinibus ad perfectionem vitæ Chriſtanæ contendebant, ut ex S. Baſilio, Caſſiano, S. Benedicto, S. Nilo, Theodoreto aliiſque aſceticæ vitæ Magiſtris atque eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptoribus manifeſtum eſt: ut facile animadvertas, veteribus Monachis & Anachoretis hujuſmodi

contemplationem, quæ, ſi vera eſſet, ipſis prompta & familiaris eſſe debuiſſet, nullatenus cognitam, aut certe improbatam fuiſſe,

XXXI.

In diſtinguendis vitæ ſpiritualis ſtatibus & actionibus Quietiſtarum hallucinatio.

In hoc etiam graviter errare videntur Quietiſtæ, quod in ſingulis hominibus tres ſpiritualis vitæ ſtatus, purgativæ videlicet, illuminativæ & unitivæ, ita diſtingunt, ut nihil pene inter ſe commune habere videantur. Unde eum qui ad tertium hunc unitivæ vitæ gradum pervenerit, ſoli contemplationi vacare volunt, nec quandiu in ea occupatur, (quod ſæpe vel potius continuò ei faciendum putant) meditationes aut alios quoſcumque pios intellectus aut voluntatis actus permiſcere concedunt.

Longe aliter plerique Veteres Myſtici, qui ejuſmodi puram, continuam & per longum tempus durantem contemplationem paſſim non admittunt: ut taceam Auguſtinum, Gregorium Magnum, Bernardum aliosque SS. Patres qui contemplationis actum fluxum quid & quaſi momentaneum ſolent perhibere. Imo S. Thomas 2. 2. q. 180. a. 8. ad 1. diſerte docet, quod *Oratio in eo quod ſummum habet, quod eſt ut attingat*

gat ad uniformitatem divinæ contemplationis, ut dicit Dionyſius, diu durare non poteſt, tametſi quantum ad alios contemplationis actûs diu durare poſſit. S. autem Thereſia in ſuo *Caſtello* Manſione 1. c. 2. poſtquam varios ſpiritualis vitæ ſtatus & orationum gradus ad inſtar conclavium aut cubiculorum ampliſſimi cujuſdam palatii deſcripſit, ſpiritualem animam quæ jam ſuperius aliquod ejus palatii conclave aſcendit, nequaquam in eo conſiſtere, ſed ad alia conclavia dextrorſum ac ſiniſtrorſum, aut etiam inferius poſita, ſæpe commeare oſtendit.

Nec valet Quietiſtarum reſponſio, has autoritates de contemplatione infuſa, non de acquiſita, intelligendas eſſe. Nam id gratis & temerè ab eis dicitur. Deindè contra eſt omnino, ac ipſi exiſtimant. Si enim qui ſpeciali gratiâ & omnipotentiſſimâ Dei virtute ad contemplationem ſublevatur, in ejus actione, ob naturalem intellectûs humani infirmitatem, diu perſeverare non poteſt; multò minus id poterit, qui propriâ induſtriâ & liberi arbitrii viribus, cum ordinario gratiæ auxilio, ſibi contemplandi facultatem ſeu habitum comparaſſe exiſtimatur.

XXXII.

Divinis Officiis & ſacrarum Horarum recitationi contraria eſt Quietiſtarum doctrina. *M. Pet. part.* 3. *c.* 12. *p.* 505. *Malav. dial.* 1. *p.* 438.

Divinis Officiis quæ publicè in Eccleſiis etiam cum ſolemni cantu celebrantur, & Horarum Sacrarum recitationi, quæ ſaltem privatim, Sacerdotibus aliiſque divino cultui addictis, tam viris quàm fæminis, Eccleſiaſtico præcepto imponitur, injurioſa eſt Quietiſtarum doctrina. Qui enim ſemel eâ doctrinâ imbutus fuerit, quo plus in exercitanda ejuſmodi contemplatione profecerit, eo magis ab horarum recitatione tanquam ab aliquo cruciatu refugere debet, nec niſi invitus, & magna cum animi moleſtia à placidiſſimo Quietis ſtatu ad hanc oralem Divini Officii recitationem ſeſe demittere. Imo vix fieri poſſe intelligitur, ut, ſi Sacerdos fuerit, hanc ſublimen contemplationem libens intermittat, quo Sacris, ea qua par eſt mentis attentione operetur.

XXXIII.

Pænitentiæ labores & voluntarias carnis afflictationes parvi pendunt. *Mol. l.* 1. *c.* 12. *l.* 2. *c.*

Adeò perſuaſum habent Quietiſtæ, totam vitæ chriſtianæ perfectionem in hac contemplatione acquiſita poſitam eſſe, ut quoſcumque alios actus aut pia exercitia, nominatim verò jejunia, vigilias cæteraſque ſpontè ſuſceptas carnis affli-

afflictationes aut parvipendant, aut etiam velut inutiles & noxias aſpernentur; quod certè ab Evangelica atque Apoſtolica doctrina longe recedit, Sanctorumque omnium exemplis adverſatur, qui vitæ auſteritatem duroſque corporis labores cum ſublimioris contemplationis exercitatione plerumque conjunxiſſe reperiuntur. *15. 16. l. 3. c. 1. Malav. dial. 2. p. 331.*

XXXIV.

Ex ante dictis manifeſtum arbitror, hanc de Quietiſtarum doctrina quæſtionem graviſſimi eſſe momenti, minimeque inter eas reponendam, quæ aut negligi aut ſcholis diſputanda relinqui poſſunt. Agitur ſiquidem de Chriſtianæ orationis veritate, cujus in locum nova quædam contemplatio falſitatis & erroris plena obtruditur, qua ſemel admiſſa, abrumpitur canalis quo divinæ ad nos gratiæ manant, hominesque adverſus diabolum inermes conſtituuntur, ut jam ſibi-ipſis relicti in quælibet flagitia delabantur, omnibuſque malignorum ſpirituum telis pateant. Magni momenti hæc quæſtio.

Deinde Quietiſtæ, ut ſuprà demonſtratum eſt, tres virtutes theologales, quibus vera Chriſtianorum pietas totumque, quod intra nos eſt, regnum

Dei continetur, enervant, aut penitus tollunt; fidem videlicet, quatenus eam ad ſolam divinæ præſentiæ vel immenſitatis contemplationem redigunt; charitatem, cùm à nobis ea removent, quæ vel maxime illam in cordibus noſtris excitare aut alere poſſent; ſpem denique, dum animæ ad æternam beatitudinem Deumque in cælo poſſidendum anhelantis deſiderium, tanquam minus perfectum parvipendunt, aut etiam ut impurum damnunt.

XXXV.

Hierarchicum ordinem turbant. *Mol. l. 2. c. 1. 2.*

Hæc oratio quam promiſcuè fidelibus cujuſcumque ſtatûs & conditionis fuerint, uſurpandam proponunt, præter alia incommoda ſupra memorata, hierarchicum ordinem perturbat, dum quoſcumque etiam è vulgo vitam piè inſtituentes, ſive viros, ſive fæminas, à propriis Paſtoribus & Confeſſariis ſeducit, & ad Directores myſticæ hujus artis gnaros, qui ſe iis ad ſublimen hunc ſtatum conſequendum viæ duces præbeant, mittit.

XXXVI.

Qui de hac materia libros edunt.

Qui de hoc argumento libros componunt, paſſimque fideles ad hanc contempla-

templationem ineundam exhortantur, ſe-ipſos ad hunc perfectionis ſtatum adipiſcendum viæ duces quodammodo exhibentes, vix arrogantiæ & vanitatis notam effugere queunt; cùm neceſſe ſit eos ſibi rerum adeò ſublimium atque abſtruſarum, quales ſunt viæ illæ myſticæ & ſpirituales, ſubtiliorem cognitionem & longam experientiam tribuere. Vix arrogantiæ & vanitatis ſuſpicionem effugere poſſunt. *Mol. l. 2. c. 5. 7. 8.*

XXXVII.

Quietiſtæ myſticos Scriptores, quorum autoritates adducunt immodicis laudibus uſque in cælum tollunt. Homines ſunt, ſi eis fides habeatur, planè divini & cæleſtes, Seraphini charitate ardentes; eorumque verbis, haud ſecus, ac ſi eſſent ſacra Oracula, vel ſaltem veterum Patrum effata, videntur deferre. In laudandis myſticis Scriptoribus modum non ſervant. *M. Pet. part. 3. p. 73. 437. 614. 560. 564.*

Non ità de nonnullis eorum graves quidam Theologi cenſuerunt: quorum tamen judiciis non omninò acquieſcendum exiſtimo. Quin potius eruditiſſimo ac pientiſſimo Cardinali Bellarmino libens aſſentior, qui in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis ad annum 1380. de Joanne Ruysbrochio ita cenſet: *Hunc Doctorem carpſit Joannes Gerſon, & defendit Dionyſius Carthuſianus. Id enim ſolet accidere iis qui ſcribunt de myſtica* Quid de Joanne Taulero, Jo. Ruysbrochio & aliis cenſuerint graves Theologi?

Theologia, ut eorum dicta ab aliis reprehendantur, ab aliis laudentur, quia non eodem modo ab omnibus accipiuntur. Et de Joanne Taulero ad annum 1350. *Porro,* inquit, *hunc virum ut ſuſpectum circa fidem contemſit Joannes Eckius, ſed egregiè eum defendit Ludovicus Bloſius.* Cæterum ex hac doctiſſimorum hominum in interpretandis myſticorum libris pugna, id ſaltem ſequi puto, cautè legendos ejuſmodi Scriptores, nec tantam eſſe eorum autoritatem, ut confirmandæ Quietiſtarum doctrinæ ſufficere poſſit.

XXXVIII.

Aliorum Theologorum præterquam myſticorum, judicium Quietiſtæ rejiciunt. *Malav. dial.* 2. *p.* 276.

Quietiſtæ aliorum quorumcumque etiam eruditiſſimorum & in Scripturis Sacris ac Traditione Eccleſiaſtica verſatiſſimorum Theologorum judicium recuſare ſolent. Imo quo plus quis in rebus Theologicis & Scholaſticorum doctrina exercitatos habuerit mentis oculos, eò plus illis ſuſpectus erit, quod minus aptus ad exercitandam ac dijudicandam ejuſmodi orationem ipſis videatur. Contendunt enim, neminem de hac eorum doctrina recte judicare poſſe, niſi eam experientia probaverit; ut ſolos Myſticos ſeu potius ſymmyſtas ſuos arbitros ac judices ſumere velle videan-

deantur, quod certe latam erroribus viam ſternit.

XXXIX.

Scriptores Quietiſtæ in doctrina ſanctorum Patrum & antiqua Eccleſiæ traditione rudes omnino videntur: & ſicubi veterum Patrum ſententiæ ab eis citantur, aut nihil plane ad rem faciunt, aut verba in alienos prorſus ſenſus torquentur; ut facile videas, eos vix unquam in ipſis fontibus antiquos Autores legiſſe, nec in inveſtiganda eorum doctrina ſtudium atque operam ſuam contuliſſe. Toti ſunt in citandis Autoribus Myſticis, etiam recentioribus, quorum verba ſæpe ex præjudicata opinione, ad proprium ſenſum inflectunt; ut cum ea quæ de ſola contemplatione infuſa ab eis dicta ſunt, contemplationi acquiſitæ aptant.

In Sanctorum Patrum doctrina rudes videntur.

XL.

Deinde vix credibile eſt, quantum in hoc argumento, locutiones à ſcripturarum atque eccleſiaſticæ traditionis conſuetudine alienas uſurpent; ut propriam ſibi ac peculiarem linguam, quam ipſi ſoli intelligant, condidiſſe videantur. Quod quidem paucis notæ ac perſpectæ ſancti-

Novas in rebus Theologicis locutiones invehunt.

ſanctitatis hominibus, qui de contemplatione infuſa & aliis extraordinariis atque inuſitatis gratiæ operationibus, divino, ut par eſt credere, impulſu, & ex ſuperiorum mandato ſcripſerunt, concedi poteſt. At ut per vulgarem illam & communem contemplationem acquiſitam, nova loquendi de rebus ad pietatem & orationis perfectionem ſpectantibus ratio paſſim invaleſcat, id demum errore ac periculo vacare non videtur.

Mol. l. 3. c. 1. 2. Ejuſmodi locutionum exemplum ſit, quod duplicem viam, alteram *interiorem & ſpiritualem*, alteram *exteriorem & animalem* ſoleant diſtinguere; ad priorem autem viam ſolam contemplationem ſeu orationem Quietis pertinere doceant: ad poſteriorem autem quæ exterior & animalis dicitur, præſtantiſſimos quoſque religionis actus, ut Sacramentorum perceptionem, celebrationem Miſſæ, Humanitatis Chriſti & myſteriorum ejus meditationem, jejunia, vigilias aliaque pia exercitia, remittere non verentur; quod certe ſine errore ac piarum aurium offenſione dici non poteſt.

Hunc Myſticorum in uſurpandis novis locutionibus exceſſum jampridem notavit Joannes Gerſon in myſtica ſcientia inprimis verſatus, dum ejuſmodi ſcripto-

ſcriptores graviſſime monuit, *ne ſubinde præſumerent Theologicas arduasque materias novis verbis & pro ſua æſtimatione affectioneque repertis pertractare. Nobis enim*, inquit, *ad certam regulam loqui fas eſt, ut aiebat Auguſtinus; Alioquin ſecus agentes, facilem ſibi ad præcipitium viam ſternunt.* Epiſt. 2. in 3. Part. lib. Ruyſbrok.

XLI.

Quietiſtæ interdum ubi objectionibus premuntur, ad experientiam provocant, teſtanturque ſe non unum aut alterum, ſed innumeros tum viros, tum fœminas, etiam inter laicos & idiotas, noſſe, qui exercitanda hac contemplatione acquiſita, cum prius debiles ac imperfecti eſſent, fervidi atque in omni virtute perfecti evaſerunt, & jam pridem vitam ſuam ſanctiſſime ac religioſiſſime inſtituunt.

Quid eis ad experientiam provocantibus reſpondendum? *M. Pet. part. 3. della cont. p. 150. 155.*

Quibus reſpondendum, fieri poſſe, ut ſimplices quædam & dociles animæ, ex earum numero quibus omnia in bonum coöperantur, ſe in ejuſmodi contemplatione exercentes, ad pietatem proficiant: ſed an ea prorſus ratione quam ipſi præſcribunt, huic contemplationi vacent, incertum eſſe. Quis enim novit quid

quid ſit in homine, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt?

Deinde non æquum poſtulant, ſi ſibi unice hac in re credi velint, cum facile falſa pietatis ſpecie in fraudem induci potuerint. Certe huic eorum teſtimonio, Sanctæ Romanæ & Univerſalis Inquiſitionis legitimæ quæſtiones, quibus multiplices abuſus & graviſſimi exceſſus, occaſione hujus orationis admiſſi in dies deprehenduntur, multis partibus præponderare debent: ut jam vix dubitari poſſit, quin promiſcua hæc & vulgaris contemplandi ratio periculoſa ſit atque erronea.

XLII.

Laxa & erronea unius ex Scriptoribus Quietiſtis de quotidiana communione doctrina. *Trattato breve della Communione quotidiana del Dottore Molinos. Guida ſpir. l. 2. c. 13.*

Quam parum tuta ſit unius ex celebrioribus Quietiſtarum ſcriptoribus in hoc recondito & abſtruſo contemplationis argumento doctrina, conjicere licet ex Tractatione de Quotidiana communione, quam ad calcem ſui libri adjecit. In hoc enim Opuſculo, quoſcunque homines, modo peccati mortalis conſcientiam non habeant, aut ſi habeant, id præmiſſa confeſſione ſacramentali expiaverint, ad quotidianam Euchariſtiæ participationem impellit; tametſi à venialium culparum etiam periculo-

culoſarum & illecebroſarum quibus aſſueverunt, perpetratione non deſiſtant, neque eos ex hac divinorum myſteriorum frequentatione ad perfectius religioſiuſque vivendum, proficere appareat.

Quæ quidem doctrina, quam laxa ſit & à SS. Patrum atque ipſius Eccleſiæ ſenſu abhorrens, oſtendit vel unus S. Franciſcus Saleſius, prudentiſſimus ac ſuavi agendi ratione multum commendatus hac noſtra ætate animarum moderator. Is enim ad Euchariſtiam ſingulis hebdomadis ſumendam, exigit ut quis non ſolum à peccatorum mortalium perpetratione, verum etiam à vitioſa in culpas veniales affectione ſolutus ac liber ſit; deinde ut cæleſtem hunc cibum vehementer appetat, quod quidem deſiderium in anima, ut in corpore eſuries, integræ atque optimæ valetudinis ſignum eſſe ſolet.

FINIS.

Digitized by Google

COPIA DELLA LETTERA SCRITTA DA MONSIGNOR PALAFOX ARCIVESCOVO DI SIVIGLIA AL PAPA.

BEATISSIMO PADRE,

Lodo con tutto il cor mio la divina providenza, perche tra l'altre ſue miſericordie conceſſe alla ſua S. Chieza nello Pontificato di V. B. gl'ha conceſſe quella di dar le tante lume per conoſcere, caſtigare & condannare li deteſtabili errori & abominevoli delitti del Perfido Molinos, le quali la di lui infernale & occulta malitia ſeppe celare con tanta diabolica diſſimulatione delli ſuoi inganni è falſità ad innumerabili perſone (nel numero infelice delle quali entro ancor io) Mi conſolo però che ſia giònto quel deſiderato giorno, nel quale libero dalla di lui perver-

EXEMPLAR
EPISTOLÆ
ILLUSTRISSIMI DOMINI
PALAFOX,
ARCHIEPISCOPI HISPALENSIS
AD
INNOCENTIUM
PAPAM XI.

BEATISSIME PATER

Deum omni cordis mei affectu benedico quod inter alia miſericordiæ ſuæ beneficia in Eccleſiam B. V. Pontificatu collata, tam copioſo lumine eam illuſtravit deteſtabilibus erroribus abominatiſque Perfidi Molinos flagitiis dignoſcendis, puniendis, damnandis. Quæ certè pro ſua infernali tectâque malitia tanto diabolicæ ſimulationis artificio ac fallacia occultavit, ut innumeris hominibus, quorum ego unus, quod infeliciter accidit, fucum fecerit. Verùm me hic recreat dies optatiſſimus quo mihi ab omni ejus perverſitate ac fallaci commer-

verſità & ingannoſa communicatione (dalla quale mi ha tirato fuori ſolo per ſua bontà la miſericordia dell' Altiſſimo) deteſto alli ſacroſancti piedi di V. B. tant' eſecrande malvagità & errori con tutta la raſſegnatione poſſibile, ſupplicando umilmente V. B. à volermi dirigger in tutto cio che potrà conferire alla maggior veneratione di tanta giuſta & ſanctà volontà e riſſolutione, & a quanto potrà facilitarmi il tener più lontano da ſimli ſcogli il forzoſo compimento delle formidabili obligationi del mio perglioſo miniſtero per aſſicurar il mio proprio profitto & il beneficio delle anime conſegnatemi da V. B. accio ſia il tutto di maggior gloria di Dio. Il che inceſſantamente deſidero con tutto il cor mio, come ancora che non mi manchi l' Apoſtolica Benedictione di V. B. la quale proſtrato à ſuoi piedi oſſequioſamente imploro, pregando continuamente la divina clemenza che gli conceda feliciſſimi anni e la proſperi per lume Univerſale della Chieſa Catholica e per terrore di tutti li ſuoi nimici.

Siviglia 7. Octob. 1687.

mercio, miſericordiâ Altiſſimi expedito, licet ad pedes ſanctos B. V. provoluto tam execrandam malitiam & errores omni quâ poſſum inclinatione deteſtari. Beatitudinem Veſtram ſuppliciter oro quatenus me dignetur dirigere tùm in iis omnibus quæ ad majorem voluntatis ac Conſilii tam juſti ac ſancti venerationem conferre, tùm in iis quæ me implentem periculoſi officii mei partes formidabiles, ab ejuſmodi ſcopulis faciliùs removere poſſunt, ut profectus mei atque animarum mihi à V. B. concreditarum ſecurior evadam, Deoque potior de his omnibus gloria accreſcat. Id mihi maximè & aſſiduè in votis eſt, ac etiam Apoſtolica B. V. Benedictio quam humillimè imploro ad pedes ejus inclinatus, divinamque bonitatem indeſinenter orans, ut ei feliciſſimos annos donet, fortunetque ad Eccleſiam Catholicam quaquaverſum illuſtr ndam, omneſque ejus terrendos inimicos.

Hiſpali 7. Octob. 1687.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

COElestis Paſtor CHRISTUS Dominus, ut jacentem in tenebris mundum, variiſque Gentium erroribus involutum à poteſtate Diaboli, ſub qua miserè poſt lapſum primi Parentis tenebatur, ſua ineffabili miſeratione liberaret, Carnem ſumere, & in Ligno Crucis Chirographo Redemptionis noſtræ affixo in teſtimonium ſuæ in nos charitatis ſeſe Hoſtiam viventem Deo pro nobis offerre dignatus eſt, mox rediturus in Cœlum Eccleſiam Catholicam Sponſam ſuam tamquam novam Civitatem ſanctam Hieruſalem deſcendentem de Cœlo non habentem rugam, neque maculam, unam ſanctamque in Terris relinquens armis potentiæ ſuæ contra Portas inferi circumvallatam, PETRO Apoſtolorum Principi, & Succeſſoribus ejus regendam tradidit, ut Doctrinam ab ipſius ore hauſtam ſartam tectamque cuſtodirent; nè oves pretioſo ſuo Sanguine redemptæ pravarum opinionum pabulo in antiquos errores reciderent, quod

quod præcipuè B. PETRO mandaſſe ſacræ Litteræ docent: cui enim Apoſtolorum niſi PETRO dixit, Paſce oves meas, & rurſus, Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos? Quare nobis, qui non noſtris meritis, ſed inſcrutabili Dei omnipotentis conſilio in ejuſdem PETRI Cathedra pari poteſtate ſedemus, ſemper fixum in animo fuit, ut Populus Chriſtianus eam ſectaretur Fidem, quæ à CHRISTO Domino per Apoſtolos ſuos perpetua, & numquam interrupta traditione prædicata fuit, quamquè ipſe uſque ad ſæculi conſummationem permanſuram eſſe promiſit.

Cum igitur ad Apoſtolatum noſtrum relatum fuiſſet quemdam *Michaëlem de Molinos* prava dogmata tùm verbo, tùm ſcripto docuiſſe, & in praxim deduxiſſe, quæ prætextu Orationis quietis contra Doctrinam, & uſum à Sanctis Patribus ab ipſis naſcentis Eccleſiæ primordiis receptum, Fideles à vera Religione, & à Chriſtianæ pietatis puritate in maximos errores, & turpiſſima quæque inducebant. Nos, cui cordi ſemper fuit, ut fidelium animæ nobis ex alto commiſſæ purgatis pravarum opinionum erroribus ad optatum ſalutis Portum tutò perve-

nire poſſint, legitimis præcedentibus indiciis, prædictum *Michaëlem de Molinos*, carceribus mancipari mandavimus, deinde coram Nobis, & Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, in tota Republica Chriſtiana Generalibus Inquiſitoribus Apoſtolica auctoritate ſpecialiter deputatis, auditis pluribus in Sacra Theologiâ Magiſtris, eorumque ſuffragiis tùm voce, tùm ſcripto ſuſceptis, maturèque perpenſis, implorata etiam S. Spiritûs aſſiſtentia, cum prædictorum Fratrum noſtrorum unanimi voto, ad damnationem infraſcriptarum Propoſitionum ejuſdem *Michaëlis de Molinos*, à quo fuerunt pro ſuis recognitæ, & de quibus Propoſitionibus tamquam à ſe dictatis, ſcriptis, communicatis, & creditis ipſe convictus, & reſpectivè confeſſus fuerat, ut latiùs in proceſſu, & Decreto de mandato noſtro lato die 28. Auguſti præſentis anni 1687. devenire ut infra decrevimus.

PROPOSITIONES.

1. *Portet Hominem ſuas potentias annihilare. Et hæc eſt Via Interna.*

2. *Velle operari activè, eſt Deum offen-*

fendere, qui vult eſſe ipſe ſolus Agens; & ideò opus eſt, ſe ipſum in Deo totum, & totalitèr derelinquere, & poſteà permanere velut Corpus exanime.

3. *Vota de aliquo faciendo ſunt perfectionis impeditiva.*

4. *Activitas naturalis eſt Gratiæ inimica, impeditque Dei operationes, & veram perfectionem, quia Deus operari vult in Nobis ſinè Nobis.*

5. *Nihil operando Anima ſe annihilat, & ad ſuum principium redit, & ad ſuum originem, quæ eſt eſſentia Dei, in qua transformata remanet, ac divinizata, & Deus tunc in ſeipſò remanet; quia tunc non ſunt ampliùs duæ rès unitæ, ſed una tantùm: & hac ratione Deus vivit, & regnat in nobis, & Anima ſe ipſam annihilat in eſſe operativo.*

6, *Via Interna eſt illa, in qua non cognoſcitur nec lumen, nec Amor, nec reſignatio, & non oportet Deum cognoſcere; & hoc modo rectè proceditur.*

7. *Non debet Anima cogitare, nec de præmio, nec de punitione, nec de Paradiſo, nec de Inferno, nec de Morte, nec de Æternitate.*

8. *Non debet velle ſcire an gradiatur cum voluntate Dei, an cum eadem voluntate reſignata maneat, necnè; nec*

opus eſt, ut velit cognoſcere ſuum ſtatum, nec proprium nihil; ſed debet ut Corpus exanime manere.

9. *Non debet Anima reminiſci nec ſui, nec Dei, nec cujuſcumque rei, & in Via Interna omnis reflexio eſt nociva, etiam reflexio ad ſuas humanas actiones, & ad proprios defectus.*

10. *Si propriis defectibus alios ſcandalizet, non eſt neceſſarium reflectere, dummodò non adſit voluntas ſcandalizandi; & ad proprios defectus non poſſe reflectere, gratia Dei eſt.*

11. *Ad dubia, quæ occurrunt, an rectè procedatur necnè, non opus eſt reflectere.*

12. *Qui ſuum liberum arbitrium Deo donavit, de nulla re debet curam habere, nec de Inferno, nec de Paradiſo; nec debet deſiderium habere propriæ perfectionis, nec virtutum, nec propriæ Sanctitatis, nec propriæ ſalutis, cujus ſpem purgare debet.*

13. *Reſignato Deo libero arbitrio, eidem Deo relinquenda eſt cogitatio, & cura de omni re noſtra, & relinquere, ut faciat in nobis ſine nobis ſuam Divinam voluntatem.*

14. *Qui Divinæ voluntati reſignatus eſt, non convenit, ut à Deo rem aliquam*

quam petat; quia pete[...] *in Sca-* *cum ſit actus propriæ vol[...]* *ctionis, & eſt velle, quod[...]* *tas noſtræ conformetur, & n[...]* *ſtra Divinæ. Et illud Evange[...]* & accipietis. *Non eſt dictum* *a[...]* *pro Animabus Internis, quæ nolun[...]* *bere voluntatem. Imò hujuſmodi An[...]* *eo perveniunt, ut non poſſint à Deo re[...]* *aliquam petere.*

15. *Sicut non debent à Deo rem aliquam petere, ita nec illi ob rem aliquam gratias agere debent; quia utrumque eſt actus propriæ voluntatis.*

16. *Non convenit Indulgentias quærere pro pœna propriis peccatis debita; quia melius eſt Divinæ Iuſtitiæ ſatisfacere, quam Divinam miſericordiam quærere; quoniam illud ex puro Dei amore procedit, & iſtud ab amore noſtri intereſſato, nec eſt res Deo grata, nec meritoria, quia eſt velle Crucem fugere.*

17. *Tradito Deo libero arbitrio, & eidem relicta cura, & cognitione Animæ noſtræ, non eſt amplius habenda ratio tentationum, nec eis alia reſiſtentia fieri debet, niſi negativa, nulla adhibita induſtria; & ſi natura commovetur, oportet ſinere, ut commoveatur; quia eſt natura.*

opus eſt, ut velit cognoſcere ſuum ſtatum, nec proprium nihil; ſed debet ut Corpus exanime manere.

9. *Non debet Anima reminiſci nec ſui, nec Dei, nec cujuſcumque rei, & in Via æterna omnis reflexio eſt nociva, etiam reflexio ad ſuas humanas actiones, & ad proprios defectus.*

10. *Si propriis defectibus alios ſcandalizet, non eſt neceſſarium reflectere, dummodò non adſit voluntas ſcandalizandi; & ad proprios defectus non poſſe reflectere, gratia Dei eſt.*

11. *Ad dubia, quæ occurrunt, an rectè procedatur necnè, non opus eſt reflectere.*

12. *Qui ſuum liberum arbitrium Deo donavit, de nulla re debet curam habere, nec de Inferno, nec de Paradiſo; nec debet deſiderium habere propriæ perfectionis, nec virtutum, nec propriæ Sanctitatis, nec propriæ ſalutis, cujus ſpem purgare debet.*

13. *Reſignato Deo libero arbitrio, eidem Deo relinquenda eſt cogitatio, & cura de omni re noſtra, & relinquere, ut faciat in nobis ſine nobis ſuam Divinam voluntatem.*

14. *Qui Divinæ voluntati reſignatus eſt, non convenit, ut à Deo rem aliquam*

Digitized by Google

quam petat; quia petere eſt imperfectio, cum ſit actus propriæ voluntatis, & electionis, & eſt velle, quod divina voluntas noſtræ conformetur, & non quod noſtra Divinæ. Et illud Evangelii: Petite, & accipietis. *Non eſt dictum à Chriſto pro Animabus Internis, quæ nolunt habere voluntatem. Imò hujuſmodi Animæ eo perveniunt, ut non poſſint à Deo rem aliquam petere.*

15. *Sicut non debent à Deo rem aliquam petere, ita nec illi ob rem aliquam gratias agere debent; quia utrumque eſt actus propriæ voluntatis.*

16. *Non convenit Indulgentias quærere pro pœna propriis peccatis debita; quia melius eſt Divinæ Juſtitiæ ſatisfacere, quam Divinam miſericordiam quærere; quoniam illud ex puro Dei amore procedit, & iſtud ab amore noſtri intereſſato, nec eſt res Deo grata, nec meritoria, quia eſt velle Crucem fugere.*

17. *Tradito Deo libero arbitrio, & eidem relicta cura, & cognitione Animæ noſtræ, non eſt amplius habenda ratio tentationum, nec eis alia reſiſtentia fieri debet, niſi negativa, nulla adhibita induſtria; & ſi natura commovetur, oportet ſinere, ut commoveatur; quia eſt natura.*

opus eſt, ut velit cognoſcere ſuum ſtatum, nec proprium nihil; ſed debet ut Corpus exanime manere.

9. *Non debet Anima reminiſci nec ſui, nec Dei, nec cujuſcumque rei, & in Via Æterna omnis reflexio eſt nociva, etiam reflexio ad ſuas humanas actiones, & ad proprios defectus.*

10. *Si propriis defectibus alios ſcandalizet, non eſt neceſſarium reflectere, dummodò non adſit voluntas ſcandalizandi; & ad proprios defectus non poſſe reflectere, gratia Dei eſt.*

11. *Ad dubia, quæ occurrunt, an rectè procedatur necnè, non opus eſt reflectere.*

12. *Qui ſuum liberum arbitrium Deo donavit, de nulla re debet curam habere, nec de Inferno, nec de Paradiſo; nec debet deſiderium habere propriæ perfectionis, nec virtutum, nec propriæ Sanctitatis, nec propriæ ſalutis, cujus ſpem purgare debet.*

13. *Reſignato Deo libero arbitrio, eidem Deo relinquenda eſt cogitatio, & cura de omni re noſtra, & relinquere, ut faciat in nobis ſine nobis ſuam Divinam voluntatem.*

14. *Qui Divinæ voluntati reſignatus eſt, non convenit, ut à Deo rem aliquam*

Digitized by Google

quam petat; quia petere eſt imperfectio, cum ſit actus propriæ voluntatis, & electionis, & eſt velle, quod divina voluntas noſtræ conformetur, & non quod noſtra Divinæ. Et illud Evangelii: Petite, & accipietis. *Non eſt dictum à Chriſto pro Animabus Internis, quæ nolunt habere voluntatem. Imò hujuſmodi Animæ eo perveniunt, ut non poſſint à Deo rem aliquam petere.*

15. *Sicut non debent à Deo rem aliquam petere, ita nec illi ob rem aliquam gratias agere debent; quia utrumque eſt actus propriæ voluntatis.*

16. *Non convenit Indulgentias quærere pro pœna propriis peccatis debita; quia melius eſt Divinæ Juſtitiæ ſatisfacere, quam Divinam miſericordiam quærere; quoniam illud ex puro Dei amore procedit, & iſtud ab amore noſtri intereſſato, nec eſt res Deo grata, nec meritoria, quia eſt velle Crucem fugere.*

17. *Tradito Deo libero arbitrio, & eidem relicta cura, & cognitione Animæ noſtræ, non eſt amplius habenda ratio tentationum, nec eis alia reſiſtentia fieri debet, niſi negativa, nulla adhibita induſtria; & ſi natura commovetur, oportet ſinere, ut commoveatur; quia eſt natura.*

opus eſt, ut velit cognoſcere ſuum ſtatum, nec proprium nihil; ſed debet ut Corpus exanime manere.

9. *Non debet Anima reminiſci nec ſui, nec Dei, nec cujuſcumque rei, & in Via Interna omnis reflexio eſt nociva, etiam reflexio ad ſuas humanas actiones, & ad proprios defectus.*

10. *Si propriis defectibus alios ſcandalizet, non eſt neceſſarium reflectere, dummodò non adſit voluntas ſcandalizandi; & ad proprios defectus non poſſe reflectere, gratia Dei eſt.*

11. *Ad dubia, quæ occurrunt, an rectè procedatur necnè, non opus eſt reflectere.*

12. *Qui ſuum liberum arbitrium Deo donavit, de nulla re debet curam habere, nec de Inferno, nec de Paradiſo; nec debet deſiderium habere propriæ perfectionis, nec virtutum, nec propriæ Sanctitatis, nec propriæ ſalutis, cujus ſpem purgare debet.*

13. *Reſignato Deo libero arbitrio, eidem Deo relinquenda eſt cogitatio, & cura de omni re noſtra, & relinquere, ut faciat in nobis ſine nobis ſuam Divinam voluntatem.*

14. *Qui Divinæ voluntati reſignatus eſt, non convenit, ut à Deo rem aliquam*

quam petat; quia petere eſt imperfectio, cum ſit actus propriæ voluntatis, & electionis, & eſt velle, quod divina voluntas noſtræ conformetur, & non quod noſtra Divinæ. Et illud Evangelii: Petite, & accipietis. *Non eſt dictum à Chriſto pro Animabus Internis, quæ nolunt habere voluntatem. Imò hujuſmodi Animæ eo perveniunt, ut non poſſint à Deo rem aliquam petere.*

15. *Sicut non debent à Deo rem aliquam petere, ita nec illi ob rem aliquam gratias agere debent; quia utrumque eſt actus propriæ voluntatis.*

16. *Non convenit Indulgentias quærere pro pœna propriis peccatis debita; quia melius eſt Divinæ Iuſtitiæ ſatisfacere, quam Divinam miſericordiam quærere; quoniam illud ex puro Dei amore procedit, & iſtud ab amore noſtri intereſſato, nec eſt res Deo grata, nec meritoria, quia eſt velle Crucem fugere.*

17. *Tradito Deo libero arbitrio, & eidem relicta cura, & cognitione Animæ noſtræ, non eſt amplius habenda ratio tentationum, nec eis alia reſiſtentia fieri debet, niſi negativa, nulla adhibita induſtria; & ſi natura commovetur, oportet ſinere, ut commoveatur; quia eſt natura.*

opus eſt, ut velit cognoſcere ſuum ſtatum, nec proprium nihil; ſed debet ut Corpus exanime manere.

9. *Non debet Anima reminiſci nec ſui, nec Dei, nec cujuſcumque rei, & in Via Interna omnis reflexio eſt nociva, etiam reflexio ad ſuas humanas actiones, & ad proprios defectus.*

10. *Si propriis defectibus alios ſcandalizet, non eſt neceſſarium reflectere, dummodò non adſit voluntas ſcandalizandi; & ad proprios defectus non poſſe reflectere, gratia Dei eſt.*

11. *Ad dubia, quæ occurrunt, an rectè procedatur necnè, non opus eſt reflectere.*

12. *Qui ſuum liberum arbitrium Deo donavit, de nulla re debet curam habere, nec de Inferno, nec de Paradiſo; nec debet deſiderium habere propriæ perfectionis, nec virtutum, nec propriæ Sanctitatis, nec propriæ ſalutis, cujus ſpem purgare debet.*

13. *Reſignato Deo libero arbitrio, eidem Deo relinquenda eſt cogitatio, & cura de omni re noſtra, & relinquere, ut faciat in nobis ſine nobis ſuam Divinam voluntatem.*

14. *Qui Divinæ voluntati reſignatus eſt, non convenit, ut à Deo rem aliquam*

quam petat; quia petere eſt imperfectio, cum ſit actus propriæ voluntatis, & electionis, & eſt velle, quod divina voluntas noſtræ conformetur, & non quod noſtra Divinæ. Et illud Evangelii: Petite, & accipietis. *Non eſt dictum à Chriſto pro Animabus Internis, quæ nolunt habere voluntatem. Imò hujuſmodi Animæ eo perveniunt, ut non poſſint à Deo rem aliquam petere.*

15. *Sicut non debent à Deo rem aliquam petere, ita nec illi ob rem aliquam gratias agere debent; quia utrumque eſt actus propriæ voluntatis.*

16. *Non convenit Indulgentias quærere pro pœna propriis peccatis debita; quia melius eſt Divinæ Iuſtitiæ ſatisfacere, quam Divinam miſericordiam quærere; quoniam illud ex puro Dei amore procedit, & iſtud ab amore noſtri intereſſato, nec eſt res Deo grata, nec meritoria, quia eſt velle Crucem fugere.*

17. *Tradito Deo libero arbitrio, & eidem relicta cura, & cognitione Animæ noſtræ, non eſt amplius habenda ratio tentationum, nec eis alia reſiſtentia fieri debet, niſi negativa, nulla adhibita induſtria; & ſi natura commovetur, oportet ſinere, ut commoveatur; quia eſt natura.*

18. *Qui in Oratione utitur Imaginibus, Figuris, ſpeciebus, & propriis conceptibus, non adorat Deum in ſpiritu, & veritate.*

19. *Qui amat Deum eo modo, quo ratio argumentatur, aut Intellectus comprehendit, non amat verum Deum.*

20. *Aſſerere, quod in Oratione opus eſt ſibi per diſcurſum auxilium ferre, & per cogitationes, quando Deus Animam non alloquitur, ignorantia eſt. Deus numquam loquitur: ejus locutio, eſt operatio; & ſemper in Anima operatur, quando hæc ſuis diſcurſibus, cogitationibus, & operationibus eum non impedit.*

21. *In Oratione opus eſt manere in fide obſcura, & univerſali, cum quiete, & oblivione cujuſcumque cogitationis particularis, ac diſtinctæ Attributorum Dei, ac Trinitatis, & ſic in Dei præſentia manere ad illum adorandum, & amandum, eique inſerviendum, ſed abſque productione actuum, quia Deus in his ſibi non complacet.*

22. *Cognitio hæc per fidem non eſt actus à Creatura productus, ſed eſt cognitio à Deo Creaturæ tradita, quam Creatura ſe habere non cognoſcit, nec poſtea cognoſcit illam ſe habuiſſe; & idem dicitur de Amore.*

23. *My-*

23. *Myſtici cum S. Bernardo in Scala Clauſtralium, diſtinguunt quatuor gradus, Lectionem, Meditationem, Orationem, & Contemplationem infuſam. Qui ſemper in primo ſiſtit, nunquam ad ſecundum pertranſit. Qui ſemper in ſecundo perſiſtit, nunquam ad tertium pervenit, qui eſt noſtra contemplatio acquiſita, in qua per totam vitam perſiſtendum eſt, dummodò Deus Animam non trahat, abſque eo quod ipſa id expectet, ad contemplationem infuſam, & hac ceſſante, Anima regredi debet ad tertium gradum, & in ipſo permanere, abſque eo quod amplius redeat ad ſecundum, aut primum.*

24. *Qualeſcumque cogitationes in Oratione occurrant, etiam impura, etiam contra Deum, Sanctos, Fidem, & Sacramenta, ſi voluntariè non nutriantur, nec voluntariè expellantur, ſed cum indifferentia, & reſignatione tolerentur, non impediunt Orationem Fidei; imò eam perfectiorem efficiunt; quia Anima tunc magis Divinæ voluntati reſignata remanet.*

25. *Etiamſi ſuperveniat ſomnus, & dormiatur, nihilominus fit Oratio, & contemplatio actualis; quia Oratio, & reſignatio, reſignatio & Oratio idem ſunt; & dum reſignatio perdurat, perdurat & Oratio.*

26. Tres illæ viæ, Purgativa, Illuminativa, & Unitiva, ſunt abſurdum maximum, quod dictum fuerit in Myſtica; cum non ſit niſi unica via, ſcilicet via Interna.

27. Qui deſiderat, & amplectitur devotionem ſenſibilem, non deſiderat; nec quærit Deum, ſed ſe ipſum, & malè agit, cum eam deſiderat, & eam habere conatur, qui per viam Internam incedit, tàm in locis Sacris, quàm in diebus ſolemnibus.

28. Tædium rerum ſpiritualium bonum eſt; ſiquidem per illud purgatur amor proprius.

29. Dum Anima Internâ faſtidit diſcurſus de Deo, & virtutes, & frigida remanet, nullum in ſe ipſa ſentiens fervorem, bonum ſignum eſt.

30. Totum ſenſibile, quod experimur in Vita ſpirituali, eſt abominabile, ſpurcum, & immundum.

31. Nullus Meditativus veras virtutes exercet internas, quæ non debent à ſenſibus cognoſci. Opus eſt amittere virtutes.

32. Nec ante, nec poſt Comunionem alia requiritur præparatio, aut gratiarum actio (pro iſtis Animabus Internis) quàm permanentia in ſolita reſignatione paſſiva, quia modo perfectiore ſupplet omnes actus vir-

virtutum, qui poſſunt, & fiunt in Via Ordinaria. Et ſi hac occaſione Communionis inſurgunt motus humiliationis, petitionis, aut gratiarum actionis, reprimendi ſunt, quoties non dignoſcatur, eos eſſe ex impulſu ſpeciali Dei; aliàs ſunt impulſus naturæ, non-dum mortuæ.

33. *Malè agit Anima, quæ procedit per hanc Viam Internam, ſi in diebus ſolemnibus vult aliquo conatu particulari excitare in ſe devotum aliquem ſenſum, quoniam Animæ Internæ omnes dies ſunt æquales, omnes feſtivi. Et idem dicitur de locis Sacris, quia hujuſmodi Animabus omnia loca æqualia ſunt.*

34. *Verbis, & lingua gratias agere Deo non eſt pro Animabus Internis, quæ in ſilentio manere debent, nullum Deo impedimentum apponendo, quod operetur in illis: & quo magis Deo ſe reſignant, experiuntur ſe non poſſe Orationem Dominicam, ſeù Pater noſter recitare.*

35. *Non-convenit Animabus hujus Viæ Internæ, quod faciant operationes, etiam virtuoſas, ex propria electione, & activitate, aliàs non eſſent mortuæ: nec debent elicere actus amoris ergà B. Virginem, Sanctos, aut Humanitatem Chriſti; quia cum iſta objecta ſenſibilia ſint, talis eſt amor erga illa.*

36.

36. *Nulla Creatura, nec B. Virgo, nec Sancti ſedere debent in noſtro corde, quia ſolus Deus vult illud occupare, & poſſidere.*

37. *In occaſione tentationum, etiam furioſarum, non debet Anima elicere actus explicitos virtutum oppoſitarum; ſed debet in ſupradicto amore, & reſignatione permanere.*

38. *Crux voluntaria mortificationum pondus grave eſt, & infructuoſum, ideoque dimittenda.*

39. *Sanctiora opera, & pœnitentiæ, quas peregerunt Sancti, non ſufficiunt ad removendam ab Anima vel unicam adhæſionem.*

40. *Beata Virgo nullum umquam opus exterius peregit, & tamen fuit Sanctis omnibus ſanctior. Igitur ad Sanctitatem perveniri poteſt abſque opere exteriori.*

41. *Deus permittit, & vult, ad nos humiliandos, & ad veram transformationem perducendos, quod in aliquibus animabus perfectis, etiam non arreptitiis, Dæmon violentiam inferat eorum corporibus, eaſque actus carnales committere faciat, etiam in vigilia, & ſine mentis offuſcatione, movendo phyſicè illorum manus, & alia membra contra earum voluntatem. Et idem dicitur quoad alios*

actus

actus per ſe peccaminoſos, in quo caſu non ſunt peccata; quia in his non adeſt conſenſus.

42. *Poteſt dari caſus, quod hujuſmodi violentiæ ad actus carnales contingant eodem tempore ex parte duarum perſonarum ſcilicet maris, & fœminæ, & ex parte utriuſque ſequatur actus.*

43. *Deus præteritis ſæculis Sanctos efficiebat Tyrannorum miniſterio, nunc verò eos efficit Sanctos miniſterio Dæmonum, qui cauſando in eis prædictas violentias, facit, ut illi ſe-ipſos magis deſpiciant, atque annihilent, & ſe Deo reſignent.*

44. *Job blaſphemavit & tamen non peccavit labiis ſuis, quia fuit ex Dæmonis violentia.*

45. *Sanctus Paulus hujuſmodi Dæmonis violentias in ſuo corpore paſſus eſt, undè ſcripſit:* Non quod volo bonum, hoc ago, ſed quod nolo malum, hoc facio.

46. *Hujuſmodi violentiæ ſunt medium magis proportionatum ad annihilandam animam, & ad eam ad veram transformationem, & unionem perducendam, nec alia ſupereſt via. Et hæc eſt via facilior, & tutior.*

47. *Cum hujuſmodi violentiæ occur-*

runt,

Digitized by Google

runt, ſinere oportet, ut Satanas operetur, nullam adhibendo induſtriam, nullumque proprium conatum, ſed permanere debet homo in ſuo nihilo, & etiamſi ſequantur pollutiones, & actus obſcæni propriis manibus, & etiam pejora, non opus eſt ſeipſum inquietari; ſed foras emittendi ſunt ſcrupuli, dubia, & timores; quia anima fit magis illuminata, magis roborata, magiſque candida, & acquiritur ſancta libertas. Et præ omnibus non opus eſt hæc confiteri, & ſanctiſſimè fit, non confitendo, quia hoc pacto ſuperatur Dæmon, & acquiritur theſaurus pacis.

48. *Satanas qui hujuſmodi violentias infert, ſuadet deindè, gravia eſſe delicta, ut anima ſe inquietet, ne in via interna ulterius progrediatur; undè ad ejus vires enervandas, melius eſt ea non confiteri, quia non ſunt peccata, nec etiam venialia.*

49. *Job ex violentia Dæmonis ſe propriis manibus polluebat, eodem tempore, quo* mundas habebat ad Deum preces *(ſic interpretando locum ex cap.* 16. *Job.)*

50. *David, Hieremias, & multi ex Sanctis Prophetis hujuſmodi violentias patiebantur harum impurarum operationum externarum.*

51. *In ſacra Scriptura multa ſunt exempla violentiarum ad actus externos*

pec-

peccaminoſos. Uti illud de Samſone, qui per violentiam ſe ipſum occidit cum Philiſtæis, conjugium iniit cum alienigena, & cum Dalila meretrice fornicatus eſt, quæ aliàs erant prohibita, & peccata fuiſſent. De Juditha, quæ Holopherni mentita fuit. De Eliſeo, qui pueris maledixit. De Elia, qui combuſſit Duces cum turmis Regis Achab. An verò fuerit violentia immediatè à Deo peracta, vel Dæmonum miniſterio, ut in aliis animabus contingit, in dubio relinquitur.

52. *Cum hujuſmodi violentiæ, etiam impuræ abſque mentis offuſcatione accidunt, tunc Anima Deo poteſt uniri, & de facto ſemper magis unitur.*

53. *Ad cognoſcendum in praxi, an aliqua operatio in aliis Perſonis fuerit violentia, regula quam de hoc habeo, nec dum ſunt proteſtationes Animarum illarum, quæ proteſtantur ſe dictis violentiis non conſenſiſſe, aut jurare non poſſe, quod in iis conſenſerint; & videre, quod ſint Animæ, quæ proficiunt in via interna, ſed regulam ſumere à lumine quodam actuali, cognitione humana, ac Theologica ſuperiore, quod me certò cognoſcere facit cum interna certitudine, quod talis operatio eſt violentia, & certus ſum quod hoc lumen à Deo procedit, quia ad me pervenit conjunctum*

cum

cum certitudine, quod à Deo proveniat, & mihi nec umbram dubii relinquit in contrarium, eo modo quo interdum contingit, quod Deus aliquid revelando, eodem tempore animam certam reddit, quod ipſe ſit qui revelat, & anima in contrarium non poteſt dubitare.

54. *Spirituales vitæ ordinariæ in hora mortis ſe deluſos invenient, & confuſos, cum omnibus paſſionibus in alio mundo purgandis.*

55. *Per hanc viam internam pervenitur, etſi multa cum ſufferentia; ad purgandas, & extinguendas omnes paſſiones, ita quod nihil amplius ſentitur, nihil, nihil; nec ulla ſentitur inquietudo, ſicut corpus mortuum, nec anima ſe amplius commoveri ſinit.*

56. *Duæ leges, & duæ cupiditates, animæ una, & amoris proprii altera, tamdiù perdurant, quamdiù perdurat amor proprius; undè quando hic purgatus eſt, & mortuus, ut ſit per viam internam, non adſunt ampliùs illæ duæ leges, & duæ cupiditates, nec ulterius lapſus aliquis incurritur, nec aliquid ſentitur amplius nequidem veniale peccatum.*

57. *Per contemplationem acquiſitam pervenitur ad ſtatum non faciendi amplius peccata, nec mortalia, nec venialia.*

58. *Ad*

58. *Ad hujuſmodi ſtatum pervenitur non reflectendo amplius ad proprias operationes; quia defectus ex reflexione oriuntur.*

59. *Via interna ſejuncta eſt à Confeſſione, à Confeſſariis, & à Caſibus conſcientiæ, à Theologia, & Philoſophia.*

60. *Animabus provectis, quæ reflexionibus mori incipiunt, & eò etiam perveniunt, ut ſint mortuæ, Deus confeſſionem aliquando efficit impoſſibilem, & ſupplet ipſe tanta gratia præſervante, quantum in Sacramento reciperent; & ideò hujuſmodi animabus non eſt bonum in tali caſu ad Sacramentum Pœnitentiæ accedere; quia id eſt illis impoſſibile.*

61. *Anima cùm ad mortem myſticam pervenit, non poteſt amplius aliud velle, quàm quod Deus vult, quia non habet amplius voluntatem, & Deus illi eam abſtulit.*

62. *Per viam internam pervenitur ad continuum ſtatum immobilem in pace imperturbabili.*

63. *Per viam internam pervenitur etiam ad mortem ſenſuum; quinimò ſignum, quod quis in ſtatu nihilitatis maneat, id eſt mortis myſticæ, eſt ſi ſenſus exteriores non repræſentent amplius res ſenſibiles, ac ſi non eſſent; quia non per-*

veniunt ad faciendum, quod intellectus ſe ad eas applicet.

64. *Theologus minorem diſpoſitionem habet, quàm homo rudis, ad ſtatum contemplativi. Primò quia non habet fidem adeò puram. Secundò quia non eſt adeò humilis. Tertiò quia non adeò curat propriam ſalutem. Quartò quia caput refertum habet phantaſmatibus, ſpeciebus, opinionibus, & ſpeculationibus, & non poteſt in illum ingredi verum lumen.*

65. *Præpoſitis obediendum eſt in exteriore, & latitudo voti obedientiæ Religioſorum tantummodò ad exterius pertingit. In interiore verò aliter res ſe habet, quò ſolus Deus, & Director intrant.*

66. *Riſu digna eſt nova quadam doctrina in Eccleſia Dei, quod anima quoad internum gubernari debeat ab Epiſcopo: quod ſi Epiſcopus non ſit capax, anima ipſum cum ſuo directore adeat. Novam, dico, doctrinam, quia nec ſacra Scriptura, nec Concilia, nec Canones, nec Bullæ, nec Sancti, nec Authores eam umquam tradiderunt, nec tradere poſſunt; quia Eccleſia non judicat de occultis, & anima jus habet eligendi quemcumque ſibi bene viſum.*

67, *Dicere, quod internum manifeſtandum eſt exteriori Tribunali Præpoſitorum,*

rum, & quod peccatum ſit id non facere, eſt manifeſta deceptio; quia Eccleſia non judicat de occultis; & propriis animabus præjudicant his deceptionibus, & ſimulationibus.

68. *In mundo non eſt facultas, nec juriſdictio ad præcipiendum, ut manifeſtentur Epiſtolæ Directoris quoad internum animæ; & ideò opus eſt animadvertere, quod hoc eſt inſultus Sathanæ, &c.*

Quas quidem Propoſitiones tanquam Hæreticas, ſuſpectas, erroneas, ſcandaloſas, blaſphemas, piarum aurium offenſivas, temerarias, Chriſtianæ diſciplinæ relaxativas, & everſivas, & ſeditioſas reſpectivè, ac quæcumque ſuper iis verbo, ſcripto, vel typis emiſſa, pariter, cum voto eorumdem Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, & Inquiſitorum Generalium damnavimus, circumſcripſimus, & abolevimus: deque eiſdem, & ſimilibus omnibus, & ſingulis poſt hac quoquo modo loquendi, ſcribendi, diſputandi eaſque credendi, tenendi, docendi, aut in praxim reducendi facultatem quibuſcumque interdiximus & contrafacientes omnibus Dignitatibus, Gradibus, Honoribus, Beneficiis, & officiis ipſo facto

 per-

perpetuò privavimus, & inhabiles ad quæcumque decrevimus, vinculoque etiam anathematis eo ipſo innodavimus, à quo niſi à Nobis, & à Romanis Pontificibus Succeſſoribus noſtris valeant abſolvi: prætereà eodem noſtro Decreto prohibuimus, & damnavimus omnes Libros, omniaque opera quocumque loco, & idiomate, impreſſa, nec non omnia manuſcripta ejuſdem *Michaëlis de Molinos*, vetuimuſque ne quis cujuſcumque gradus, conditionis, vel ſtatus, etiam ſpeciali nota dignus, audeat ſub quovis prætextu, quolibet pariter idiomate, ſivè ſub eiſdem verbis, ſivè ſub æqualibus, aut æquipollentibus, ſivè abſque nomine, ſeu ficto, aut alieno nomine ea imprimere, vel imprimi facere, neque impreſſa, ſeu manuſcripta legere, vel apud ſe retinere, ſed Ordinariis locorum, aut hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus ſtatim tradere, & conſignare teneantur ſub eiſdem pœnis ſuperiùs inflictis, qui Ordinarii, & Inquiſitores ſtatim ea igni comburant, vel comburi faciant. Tandem, ut prædictus *Michaël de Molinos* ob hæreſes, errores, & turpia facta prædicta debitis pœnis in aliorum exemplum, & ipſius emendationem plecteretur, lecto in ea-

dem

dem noſtra Congregatione toto proceſſu, & auditis dilectis filiis Conſultoribus noſtris Sanctæ Inquiſitionis Officii, in Sacra Theologia, & in Jure Pontificio Magiſtris, cum eorumdem Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium unanimi voto, dictum *Michaëlem de Molinos*, tanquam reum convictum, & confeſſum reſpectivè, & uti hæreticum formalem, licet pœnitentem in pœnam arcti, & perpetui carceris, & ad peragendas âlias pœnitentias ſalutares, prævia tamen abjuratione de formali per ipſum emittenda ſervato Juris ordine damnavimus: mandantes, ut die, & hora præfigendis in Eccleſia Sanctæ MARIÆ ſupra Minervam hujus Almæ Urbis præſentibus omnibus Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, & Romanæ Curiæ noſtræ Prælatis, univerſoque Populo ad id etiam per conceſſionem Indulgentiarum convocando, ex alto tenor proceſſus ſtante in ſuggeſto eodem *Michaële de Molinos* unà cum Sententia indè ſequuta legeretur, & poſtquam idem de *Molinos* habitu pœnitentiæ indutus prædictos errores, & hæreſes publicè abjuraſſet, facultatem dedimus dilecto filio noſtri Sancti Officii Commiſſario, ut

eum à Cenſuris, quibus innodatus erat, in forma Eccleſiæ conſueta abſolveret; quæ omnia in executionem dictæ noſtræ ordinationis die 3. Septembris labentis anni ſolemniter adimpleta ſunt.

Et licet ſuprà narratum Decretum de mandato Noſtro latum ad majorem fidelium cautelam typis editum publicis locis affixum, & divulgatum fuerit, nihilominùs ne hujus Apoſtolicæ damnationis memoria futuris temporibus deleri poſſit, utque Populus Chriſtianus Catholica veritate inſtructior per viam ſalutis incedere valeat, Prædeceſſorum noſtrorum Summorum Pontificum veſtigiis inhærentes, hac noſtra perpetua valitura Conſtitutione ſupra dictum Decretum denuò approbamus, confirmamus, & debitæ executioni tradi mandamus iterum ſupradictas Propoſitiones diffinitivè damnantes, & reprobantes, libroſque, & manuſcripta ejuſdem *Michaëlis de Molinos* prohibentes, & interdicentes ſub eiſdem pœnis, & cenſuris contra tranſgreſſores latis, & inflictis.

Decernentes inſuper præſentes litteras ſemper, & perpetuò validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere:

ſicque

ſicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos quavis auctoritate fungentes, & functuros ubique judicari, & definiri debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti munitis eadem fides prorſus adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, damnationis, reprobationis, punitionis, Decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit indignanationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum PETRI, & PAULI Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. MARIAM Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo octuageſimo ſeptimo, duodecimo Kal. Decembris.

Digitized by Google

Pontificatus Noſtri Anno duodecimo.

F. DATARIUS

I. F. ALBANUS.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Viſa de Curia S. de Pilaſtris.

D. Ciampinus.

Loco ✠ Plumbi.

Anno à Nativitate Domini Noſtri JESU-CHRISTI milleſimo ſexcenteſimo octuageſimo octavo Indictione undecima die verò 19. Februar. Pontificatus autem Sanctiſs. in Chriſto Patris D. N. D. INNOCENTII Divina Providentia Papæ XI. Anno ejus duodecimo, præſentes litteræ Apoſt. affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valvas Eccleſiæ S. Joannis Lateranen. Baſilicæ Principis Apoſtorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, & in Acie Campi Floræ, & aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis, per me Franciſcum Perinum SS. D. N. Papæ & Sanctiſs. Inquiſitionis Curſ.

Digitized by Google

Feria V. die 5. Februarii 1688.

SAcra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum DD. S. R. E. Cardinalium in tota Republica Chriſtiana Generalium Inquiſitorum habita in Palatio Apoſtolico iu Monte Quirinali, poſt examen Theologorum ſpecialiter à Sanctiſſimo D. N. INNOCENTIO Papa XI. ad hoc deputatorum, ac præcisè auditis, & reſpectivè relatis Sanctitati Suæ tàm eorumdem Eminentiſſimorum Dominorum votis, quàm Theologorum cenſuris, de mandato ejuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri damnavit, & prohibuit, ac præſenti decreto damnat, & prohibet infraſcriptos Libros, ubicumque, & quocumque idiomate, aut verſione, ſive abſque nomine, ſive proprio, ſive ficto, aut alieno nomine impreſſos, aut in poſterum imprimendos: ne quis cujuſcumque ſtatus, & conditionis eos ullo modo imprimere; aut imprimi facere audeat ſub quocumque prætextu, neque impreſſos apud ſe retinere, aut legere valeat, ſub pœnis in Indice Librorum prohibitorum contentis, ſed illos Ordinariis locorum, aut hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus ſtatim, & cum eſ-

effectu tradere, & conſignare ſub iiſdem pœnis teneantur.

LIBRI SUNT.

I. *La Vergine Aſſunta Novena ſpirituale per il Beatiſſimo Tranſito, Riſurrettione, & Aſſuntione di Maria N. S. compoſta da Pier Matteo Petrucci della Cong. dell' Oratorio di Jeſi, con una Introduzzione all' Oratione interna, e con un eſplicatione di ſette punti di perfettione Chriſtiana accennati dal Ven. P. F. Gio. Taulero. In Macerata per Carlo Zenobii* 1673.

II. *Meditationi, & Eſercitii prattici di varie Virtù, ad eſtirpatione de vitii per la Novena del Santiſſimo Natale di Gieſù N. S. e per la ſettimana Santa Operetta di Pier Matteo Petrucci della Cong. dell' Oratorio di Jeſi. In Jeſi per Claudio Percimineo* 1676.

III. *Lettere, e Trattati Spirituali, e Miſtici di Pier Matteo Petrucci Prete della Congregatione dell' Oratori di Jeſi, parte prima. In Jeſi per Claudio Percimineo* 1676. *& in Venetia per Gio. Giacomo Hertz* 1681.

IV. *Lettere, e Trattati Spirituali, e Miſtici di Pier Matteo Petrucci della Con-*

Congregatione dell' Oratorio di Jeſi, parte ſeconda nella Stampa Epiſc. per Claudio Percimineo 1678. *& in Venetia per Gio. Giacomo Hertz* 1981.

V. I Miſtici Enigmi diſvelati. Dichiaratione compendioſa dell' ultimo Sonetto della quarta parte delle Poeſie del P. Petrucci, con un breve metodo per la guida dell' anime all' altezza Miſtica della divina grazia guidate. In Jeſi per il Percimineo 1680.

VI. La Contemplatione Miſtica acquiſtata, in cui ſi ſciogliono l'oppoſitioni contro di queſt' Oratione da Monſig. Petrucci Veſc. di Jeſi. In Jeſi nella ſtamp. Epiſc. per Claudio Percimineo 1681. *& in Venetia* 1682. *per Gio. Giacomo Hertz.*

VII. Il Nulla delle Creature, e'l tutto di Dio. Trattati due di Monſig. Veſc. di Jeſi. In Jeſi 1682.

VIII. Lettere brevi ſpirituali, e ſagre di Monſig. Petrucci Veſcovo di Jeſi parte prima. In Jeſi 1682.

IX. Lettere brevi ſpirituali, e ſagre di Monſig. Petrucci Veſcovo di Jeſi parte ſeconda. Aggiontovi in fine un Trattato per ben regolar le paſſioni. In Jeſi 1684.

X. La ſcuola dell' Oratione aperta dallo

ſteſſo

ſteſſo Petrucci all' anime devote nell' eſpoſitione d'una Sag. Canzonetta di S. Tereſa. In Bologna per Giacomo Monti 1686.

XI. Inſegnamenti ſpirituali per le Monache. Operetta di Benedetto Biſcia Prete della Congregatione dell' Oratorio di Fermo. In Jeſi per Claudio Percimineo 1683.

XII. Brevi Documenti per le anime, che aſpirano alla Chriſtiana perfettione di Benedetto Biſcia Prete della Congreg. dell' Oratorio di Fermo. In Jeſi per il Percimineo 1683.

XIII. Giesù Specchio dell' Anima dello ſteſſo Biſcia. In Roma per il Vanacci 1683.

XIV. Folium impreſſum Gallicè, cujus Titulus eſt: Propoſitions tirées des Livres, & autres Ecrits du Docteur Molinos Chef des Quietiſtes condamnées par la ſainte Inquiſition de Rome.

ALEXANDER SPERONUS,
S. Romanæ & Univerſalis Inquiſitionis Notarius.

Locus † Sigilli.

Die 27. Februarii 1688. ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Palatii S. Officii, in acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Franciſcum Perinum SS. Noſtri Papæ, & SS. Inquiſitionis Curſorem.

ERRATA.

Pagina.	Linea.	Erratum.	Correctio.
11.	4.	velle.	amare.
17.	24.	ardentſium.	ardentiſſimum.
30.	2. 3. 7.	*deleantur duplices virgulæ.*	
37.	25.	pertractemus.	pertractamus.
40.	12.	autoribus.	auribus.
46.	16.	earum.	eorum.
54.	12.	damnunt.	damnant.
63.	3. *à fine*	ſecerit.	fecerit.

Digitized by Google

Digitized by Google

Ex libris
ad usū
B. Jo. Chrysos.mi Scarfò.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google